Veientes nos graui subiectione liberantes, tanquam idem per nos accepe-
rint, ipsi nobis habebunt gratiam. & hæc quidem ea sunt quæ multa para-
ta cura uideantur mihi audaciam promptitudinemq; ad defectionem uo-
bis exhibere. Quo autē modo rem uelim aggredi, id nunc audiatis. Locum
mihi delegauit Tullus eum qui sub monte, meq; iubet cornu præesse alte-
ri. Quando igitur obuiam hostibus iturí erimus, incipiam soluens ordinē
ego super montem ductare, uosq; me sequemini, instructos habentes or-
dines. potitus autem culminibus & in tuto cōstitutus, quo modo utar post
hac rebus, audite. Si quidem procedentia uideo mihi ex sententia quæ co-
gitaui, & audaces quidem hostes tanquam nobis adiutoribus, humiles au-
tem exterritosq; Romanos ut à nobis proditos, ac fugæ (quod est uerisimi-
limum) potius quàm fortitudini prouidentes: inuadam eos repleboq; cada
ueribus campum ab excelso in pronum descendens, & instructa fidentiq;
acie in pauidos dissipatosq; delatus homines. grauis enim in bellis etiam
uane incidens proditionis sociorum, aut aliorum hostium inuasionis opí-
nio: ac iam multos magnos exercitus, nullo alio tam terribili casu, quàm ua
metu, scimus esse ad internitionem perditos. At hoc nostrum non ina-
nis sermo, sed opus erit aspectu omni experimētoq; terribilius. Si uero con
tra ac meæ mihi rationes dictant euenire uidero (nam & quæ sint præter
opiniones hominum solere dicunt occurrere, quandoquidem non uerisimi-
lia multa fert uita, atq; etiam contraria) ego quoque quæ prouisa sunt à me
conabor exequi, ducamq; uos in hostes simul cum Romanis, atq; unà cum
eis uincam. Occupationem enim culminum fecisse, circumeundi hostis mi-
hi oppositi gratia, apparebo. Fidem autem sermoni meo tribuent consenti-
entia uerbis opera, & res à me gestæ: ita ut uos in neutra parte acerborum
socij, in utraq; melioris fortunæ participes, futuri sitis. Ego igitur hæc com-
peri, peragamq; dijs fauentibus non Albanis modo ipsa, sed & cæteris La-
tinis optima. Vos autem primum opus est silentium custodientes, dein-
de ordinem seruantes, iussisq; propere obtemperantes alacres pugnatores
esse, & sub uobis constitutos promptos exhibere: cogitantes quod nequa-
quam par est, nobis alijsq; hominibus de libertate certamen: quorum ali-
quibus consuetum est ab alijs dominari, & quibus etiam eiusmodi rem pu-
blicam patres tradidere, liberi enim ex liberis nos sumus geniti, imperareq;
finitimis patres nobis reliquere. quingentis annis pariter hac forma Rei-
publicæ custodita, ne fraudemus nepotes nostros. neque adsit cuiquam
metus, ne hæc agens soluat pactiones, iusiurandumq; transgrediatur his
adhibitum: sed id cogitet, quemadmodum à Romanis solutas eas in pri-
mum statum restituat. nec has quidem nullius dignas pretij, sed eas po-
tius quas humana natura constituit, & quas communis omnium Græ-
corumque & Barbarorum lex firmat: imperare iustáque statuere patres
filijs, ac metropoleas Colonijs. Has autem constitutiones nunquam ex
humana

humana natura auferendas,non nos,qui firmas eas permanere ſemper iu/
dicamus,tranſgredimur:neq; nobis deorum quiſquam geniorumúe iraſce/
tur,ut iniuſta impiaq; agentibus,ſi nepotibus noſtris ſeruitutem ægre tole/
ramus: ſed illis potius,qui ſoluẽtes antiqua fœdera,conantur opere nequa/
quam licito humanam legem diuina maiorem facere:iracundiaq; numinis
non nobis,ſed his aduerſabitur,ut moris eſt:ſicq; hominum animaduerſio
non in nos,ſed in iſtos inclinabit.Si hæc igitur uobis omnibus optima ui/
dentur fore,agamus ea deos genioſq; in auxilium aduocantes. Si uero ali/
quis aliter cognoſcit,hiſq; contrarium duorum alterum, aut reſumendam
nunquam eſſe ueterem dignitatem ciuitatis, aut tempus ipſe aliud magis
idoneum expectans,præſens differt, ne cunctetur is in medium quæ ſapit
ferre:& quod omnibus uideatur optimum conſilium,utamur eo.Laudanti
bus autem ſententiam eius omnibus qui aſtabãt,ſeq; omnia facturos pol/
licentibus,iureiurando unumquemq; eorum obſtringens, conſiliũ dimiſit.
Poſtero uero die proceſſerant ſupra uallum Fidenatiumq; & ſociorum co
piæ,ſimul cum ſole:inſtruebanturq; ut in pugna.Exierãtq; è conuerſo Ro/
mani,conſiſtebantq; ſuo ordine.Lęuum quidem cornu Tullus ipſe Rom
niq; habebant aduerſus Veientes dextrum hoſtium habentes cornu. In
dextro uero Romanorum cornu Metius Suffetius & Albani aduerſus Fi/
denates ad latus montis collocati erant. Vbi uero propinquarunt inter ſe
Proditio Albani acies,antequam intra teli coniectum eſſent,diuulſi Albani à reliquo exerci/
tu inſtructos ordines ducebant in montem,quod aduertentes Fidenates,
ac credẽtes ueras ſibi de proditione ſponſiones Albanum facere, iam fiden
tius ferociusq; in Romanos ferebãtur: atq; dextrum Romanorum cornu,
nudatum auxiliis,ſcindebatur,ęgerrimeq; ſuſtinebat. Lęuum autẽ ui ſum/
ma contendebat, ubi Tullus etiam aderat inter electos equites pugnans.
Tum procurrens eques quidam ad regem.Laborat,inquit,Tulle cornu no/
ſtrum dextrum.Albani autem deſerentes aciem ad ſublimia educũtur. Fi/
denatesq; quos contra illi inſtructi erant,ultra cornu exiſtentes denudatũ
circumuenturi nos apparent:ſicq; audientes Romanos uidẽtesq; iter aſcen
dentium Albanorum,ne circumueniantur timor cepit, ita ut nec pugnare
Tulli conſiliũ eis,nec manere ſit ſatis certum.Ibi autem multa uſus prudentia Tullus dici
tur,nihil animo perturbatus ad tantum tamq; inopinatum apparens ma/
lum:qua non modo Romanorum ſeruauit exercitum in paratam inclina/
tum cladem,ſed res hoſtium cõtriuit ac perdidit:Nam audito ſtatim nun/
cio magna uoce exclamans,ita ut exaudirent hoſtes,Vicimus inquit uiri ini
micos.Albani enim montem hunc proximum nobis occuparunt (ut cerni/
tis)iuſſu meo,ut à tergo extantes hoſtium,illis ſuperueniant. Exiſtimantes
igitur,quod pulchre ſeptos inimiciſſimos noſtros habemus, alij in fronte
inuadentes,alij à tergo,ubi neq; eos progredi neq; regredi liceat,flumine ſi
mul & tranſuerſo monte clauſos, ite iam in eos multo cum contemptu. Et
hęc dicens

hæc dicẽs per acies omnes ibat. Incidit́q; ſtatim timor Fidenatibũs iterum proditionis,ut deceptis ab Albano, poſtquam neq; inſtructum contra uidere eum,neq; ſtatim in Romanos(ut erat pollicitus) irruentem.ac Romanos quoq; extulit in audaciam atq; fiducia impleuit is ſermo: conclamantesq; conferti alte,impetum in hoſtes faciunt. uertunturq; Fidenates,fitq; fuga urbem uerſus indecora. Dirigens autem rex equum in eos territos ac perturbatos aliquantũq; perſecutus,ut diſperſos animaduertit,neq; ullum amplius conſilium conſiſtendi capientes,neq; uim habentes:omiſſis eis fugientibus,ad conſiſtens adhuc hoſtium agmen permanensq; conuertitur: fitq; pulchrum peditum certamen, pulchriusq; adhuc equitũ. Neq; enim declinauerant hi qui ibi collocati erant Veientes, Romanorũ equitatu territi,ſed reſtiterunt diu.Poſtea uero quàm ſiniſtrum cornu ſuum uictum cognouere, Fidenatium q; & ſociorum exercitum omnem fugere cõſternate: ueriti ne circuirentur à conuerſis à perſecutione, uertuntur & ipſi ſolutis ordinibus,perq; flumen ſeruare ſeſe nitebãtur. Quicunq; igitur robuſtiſſimi eorum erant,minimeq; uulneribus graues,neq; ad nandum inualidi, abiectis armis tranſmittentes riuum, ſeruabãtur: quibus autem iſta deficerent, ſi in uorticibus fluminis abſumebantur. Velox enim circa Fidenas ac perplexus eſt fluxus Tiberis. Tullus autem parti cuidam equitum compulſos hoſtes ad flumen occidẽdos mandãs,ipſeq; reliquas copias ad caſtra Veientium ducens,primo ea impetu cepit. Ac res quidem Romanorum inopinatæ ſalutis potitæ,in hoc ſtatu erant. Albanus autem ubi clare iam uincentem uidit Tullum, demittens ipſe quoq; ex iugis equitatum ſuum in fugientes Fidenates ibat, ut Romanis cunctis clarus eſſet aliquid ſociale faciens: diſperſorumq; in fuga hoſtium plures interficit. Cognoſcens aũt ſenſum eius Tullus,hancq; alteram proditionẽ peroſus, haud tamen coargui in præſentia hominem,priuſq; in ſua poteſtate haberet,oportere exiſtimauit:imò uero ſe laudare regreſſum eius ad ſublimia,ut cõſilio factum optimo,coram multis ſimulauit:miſſaq; ad eum equitum parte quadam poſtulabat,ut ſupremam promptitudinẽ demonſtrans,eos qui profugere nequiuiſſent intra muros,ſed diſperſos per regionẽ Fidenates, multos ipſos perſcrutans interficeret. qua re ille tanquam ſibi ex eis alterum quę ſperauerat perfectum eſſet, latuiſſetq; Tullum, ſanè lætabatur: & in longum adequitans,per planitiem cõprehenſos à ſe omnes perdidit: rediitq; ſole iam merſo,ducens equites à perſecutione in caſtra Romanorũ. atq; ſequenti nocte in multa erat cum amicis iocunditate. Tullus autẽ in Veientium uallo permanens ad primam uſq; uigiliam,& à præcipuis captiuorũ exquirens, qui fuiſſent defectionis duces,ubi comperit Albanũ etiam Metium Suffetium in coniuratis eſſe,apparuitq; res geſtas ab eo cum uerbis indicum captiuorum congruere, aſcendens equum & aſſumptis amicorum fidiſſimis ad urbem pergit. Ac nocte media è domibus ſenatores euocans, proditionem

Fidenates fugantur

Tullus diſſimulator

Albani aperit, teſtes eis captiuos exhibens, & quemadmodum idem hoſtes, Fidenatesq; deceperit enarrat. Poſtremo autem rebus bello præclare geſtis, reliqua eis ſpeculanda iam cenſebat, quonam modo proditores puniri, modeſtioremq; deinceps reddere ciuitatem Albanorum oporteret. ac eſſe quidem puniendos eos qui moliantur impia, uiſum eſt omnibus iuſtumq; & neceſſarium. Quonam autem id modo fieret facillimeq; & tutiſſime, multam ipſis dubitationem afferebat. Nam occulte & latenti morte occidere uiros multos, præcipuos Albanorum, ex eis eſſe quæ fieri omnino nequeant, apparebat: aperte uero comprehendere ſupplicioq; ſontes afficere ſi quis uellet, haud neglecturos id quidem Albanos, ſed ituros ſuſpicabantur ad arma. bellum autem unà cum Fidenatibus, Etruſcis, accedentibus quoq; Albanis ad eam ſocietatem nolebant gerere. dubitãtibus uero ipſis ultimus ſententiam dixit Tullus, quam collaudarunt omnes, de qua paulopoſt dicam. Quadraginta enim ſtadijs medijs inter Fidenas & Romam agens equũ Tullus pro uiribus ad uallum aderat, ac priuſquam dies eſſet clara M. Horatium aduocans, eum qui ex trigeminis reliquus; dansq; ei equitum peditumq; maxime uigentes uiribus, iubet eos Albam duci: ingredientēq; ipſum muros ut amicum, ut ciues in poteſtate habuerit, diruere à fundamentis urbem nulli prorſus nec priuato nec publico parcentem ædificio præterquam ſacro. hominem autem nullum, nec occidere, nec lædere, ſed ſua quenq; habere ſinere. Hoc autem miſſo ductores ordinum centurionesq; aduocat, & quæ uiſa eſſent Senatui aperiens, cuſtodes corporis ſibi ex his conſtituit. neq; multo poſt Albanus aderat, ut in uictoria communi hilaris ac Tullo gratulans. At Tullus ſenſum ſuum tegens ipſumq; laudans, magnis eum donis dignum eſſe pronuntiat, adhortaturq; ſcribentem ipſum cæterorum etiam Albanorum nomina quicquid aliquid in pugna geſſerint, ad ſe ferre, ut illi quoq; uictoriæ inſignium partem ferant. Isq; lætus amicorum fidiſſimos, quibus uſus erat archanorum conſiliorum adminiſtris, in tabula ſcriptos tradit: Indeq; rex Romanorum omnes armis depoſitis ad contionem euocat. quibus conuenientibus, Albanorum ducem unà cum ductoribus ordinum centurionibusq; aſtare ad pulpitum ſuum iuſſit. poſtq; eum Albanos cæteros in contione eſſe, ac poſt Albanos reliquam ſociorum multitudinem. extrinſecus autem circum hos omnes agmina circundedit Romanorum, in quibus quidem plerique erant generoſiſſimi, occultatis ſub amictu gladijs. Vt uero in tuto ſe habere inimicos exiſtimauit, exurgens ipſe hæc dixit. Viri Romani, alijq; amici & ſocij, eos quidem qui nos palàm bello auſi ſunt laceſſere Fidenates & ſocios, dijs propitijs ulti ſumus, eq; duobus alterum eſt futurum, ut uel moleſti eſſe deſinant, uel dent pœnas adhuc his maiores. Poſcit autem nunc tempus quando ad uotum nobis prima euenere, ut & alios puniamus hoſtes, quicunque nomina habentes amicorum, & aſſumpti in

Quantum diſtabant Fidenæ à Ro.

Tulli oratio

pti in hoc bellum, ut nobiſcum afflicturi inimicos communes, fregere fidem, atq; ſecretas cum hoſtibus facientes ſponſiones, nos omnes perdere uoluere. Multo enim peiores iſti, quàm qui ex profeſſo hoſtes, ſuntq; pœna maiore digni. Nam illos quidē & cauere facile, & inſidiantibus atq; congreſſis eis tanquam hoſtibus repugnare poſſibile: at amicos inimicorum agentes opera, nec cauere facile eſt, nec repugnare præoccupantibus poſſibile. Sunt autem iſti ab Albanorum urbe miſſi nobis in dolum ſocij: malo quidem affecti nullo à nobis ipſi, bonis autem multisq; & magnis. coloni enim nos eorum, nec imperij ſui quicquam prorſus auellentes, uim nobis propriam atq; potentiam noſtris bellis propríjs quæſiuimus, & aduerſum gentes maximas & bellicoſiſſimas cingentes muro urbē noſtram, multam iſtis ſecuritatem ab Etruſcorum & Sabinorum bello exhibemus. cuius autem urbis proſperitate ipſos maxime lætari oportuit, & aduerſis rebus noſtris non aliter quàm de ſuis mœſtos eſſe: iſti quidem non ſolum noſtra nobis bona, ſed ſuam quoq; ſibi per nos felicitatem inuidentes diu perſeuerarunt: ac poſtremo cum non amplius cohibere poſſent inimicitias pertas, bellum nobis indixere. Scientes autem nos paratos pulchre eſſe ad certamen ut nihil nobis obeſſe poſſent, in recōciliationem amicitiamq; nos prouocarunt, contentionemq; de principatu in ternis corporibus ex utraq; urbe díjudicari poſtularunt. accepimus conditionem, atq; uincentes pugna habemus urbem eorum obnoxiā. Age iam quid poſt hęc fecimus? cum liceret nobis obſides ex eis capere, præſidiumq; in urbe relinquere, factionumq; principes alios perdere alios expellere, reiq; eorum publicę mutare formam ad noſtra commoda, regioneq; eos & pecunijs, imperandis uectigalibus mulctare: & (quod omnium erat facillimum) arma eis adimere, quibus rebus firmiorem principatum nobis effeciſſemus: nihil horum faciendum duximus, pietati plus quàm ſecuritati imperij noſtri permittentes: & id quod eſt apud omnes decorū priuata noſtra utilitate melius eſſe opinati, ſuis ipſos frui omnibus cōceſſimus. Metium autē Suffetium quem ipſi maximo magiſtratu ornarant, ut Albanorum clariſſimum adminiſtrare publica hucuſq; permiſimus: pro quibus qualem hi nobis gratiam retulerint, eo tempore quo magis amicorum ſociorumq; beniuolentiam adeſſe nobis oportuit, audietis. Archanis factis cum hoſtibus communibus pactionibus, tāquam eſſent ipſi quoq; cum eis ſimul in prælio nos inuaſuri, ubi proximi inter nos fuimus, relinquentes illi aciem in qua ſtatuti erant, diuerterunt ad montem proximum curſu tuta præoccupare feſtinantes. Quod ſi igitur ex ſententia dolus eis proceſſiſſet, nihil erat quod prohiberet circunuentos nos ab hoſtibus & ab amicis omnes perdi, ac multa Vrbis noſtræ bella, quæ de principatu geſſimus, una eſſe corrupta die. Vbi uero conſilium eorum decidit beniuolētia deorum duce (omnes enim pulchras bonasq; actiones ego quidem illis tribuo) deinde etiam ducatu

meo non minimam metus partem hostibus inijciente, nostrisq; fiduciæ: nam quæ ego in pugna dixi, meo iussu præoccupantem Albanum montes circuneundi hostes gratia, fictiones meæ solertiaq; militaris fuit: ac sic tandem euenientibus rebus ipsis ut nobis contulit, non utique putaremus uiros esse nos quales conuenit, ni proditores ulciscceremur: qui præter reliquam necessitudinem, quam ob cognationem seruare eos oportuit, nobiscum fœdera iureiurando firmantes nuper, neque deos timentes quos conuentorum testes fecerant, neque iustum ipsum hominumq; animaduersionem ueriti, neq; periculi magnitudinē nisi eis proditio ad uotum cederet considerātes, miserrimo modo conati sunt nos perdere colonos suos, optimeq; de eis meritos, turpissime ipsi cum inimicissimis hostibus cōsentientes. Hæc eo dicente ululatus Albanorum, omnisq; generis preces adhibebantur: plebe quidem dicente, nihil sensisse ex ijs quæ Metius machinatus esset: atque eis qui magistratus gerebant, non se ante occulta audisse consilia quàm in pugna ipsa essent, simulantibus, ubi neque prohibere nec iussa agere potestatis suæ esset: ac iam quibusdam in non uoluntariam necessitatem negotium referentibus ob affinitatem aliquam aut cognationem: hos silere rex iubens, Nec me inquit istorum quicquā quæ excusatis latuit. sed ignorare proditionem multitudinem uestram reor, coniecturam hanc faciens, quod multis conscijs ne minimum quidem temporis taceri secreta innatum est hominibus. Ex ductoribus autem ordinum & centurionibus exiguam quandam insidiantium nobis partem fuisse puto, maximamq; deceptam esse & inuitam necessitate ductam. Si uero nihil nunc sit horum, sed uos omnes Albanos, & qui nunc adestis, & qui in urbe sunt reliqui, male nobis faciendi desiderium inuasit, nec nunc primum, sed multo ante uobis id uisum erat, atq; cognationis gratia multa erat Romanis necessitas ferendi uestras iniurias: ne iam aduersus nos prauum aliquod consilium ineatis, uel à primoribus ciuitatis coacti uel ab eisdem seducti, una est cautio unáque prouidentia, si eiusdem urbis ciues unà omnes efficiamur, & unam eam putemus patriam, qua siue prospera siue aduersa ferente, obtingentem ei portionem quisque fortunæ ferat. Donec aūt differentes sententia, ut nunc de pluri pauciorique contendemus utrique, haud profecto firma erit inter nos amicitia, si præsertim oporteret insidiatos priores alteris, aut plus habere feliciter rebus gestis, aut excidentes nullo potiri malo propter cognationem. & ijs in quos conatus fierent obnoxijs factis ultima patienda essent, sicq; euaderent (ut nunc euenit) iniuriarum eos nihil meminisse oporteret. Scite autem hæc Romanis decreta esse nocte præterita me Senatum cogente, & quæ Patribus uisa essent scribente. Vestram quidem urbem diruere, neque publicum ullum ædificium, neque priuatum tectum permanere sinere, præterquam deorum templa. Ciues autem omnes habentes integre ea quæ nunc

quoq;

quoque possident, mancipiaq; & pecudes pecuniasq; cæteras, nihilo eis prorsus adempto, Romæ dehinc habitare: & quod nobis est agri publici, ijs qui sortem nullam habeãt Albanorum diuidere, præter templorum possessiones ex quibus habentur dijs hostiæ. Constructionis autem ædium in quibus traducti ipsi collocemini, & quibus eæ in locis esse urbis debeant me curam gerere, partem quoque sumptus in opera pauperrimis uestrum cõferentem. ac cæteram quidem multitudinem uestram cum plebe nostra contribuentem in Tribus Curiasq; diuidere, Senatus autem participes, magistratusq; capere familias has posse. Iuliam, Seruiliam, Geganiam, Mettiliam, Curatiam, Quintiliam, Clœliam. Metium uero atque eos qui proditioni consenserint pœnas dare, quas nos decernemus de uno quoque reo iudices, neminem fraudantes iudicio neque causæ dictione. Postquam autem hæc Tullus dixit, quicunque erant Albanorum paupe- res gaudebant habitaturi Romæ, & agri partẽ habituri, atque alta lauda- runt uoce quæ dicebantur. Illustriores uero dignatione & fortunæ melio- tis homines angebantur, si eam urbem quæ se genuisset relinquere, & aui- os lares deserere eos oporteret, & in reliquum peregrinam incolere, qui- bus nihil dicendum esset in supremam declusis necessitatem. Tullus uero ubi sensum multorũ uidit, excusare se Metium iussit, si quid uellet respon- dere. Non habens autem Metius quid posset alicuius momenti dicere ad- uersus accusantes arguentesq; Albanorum consilia, persuasisse se ait sibi cum eduxit ad bellum copias, hæc secreto peractum iri: postulabatq; ab Albanis, ut quandoquidem restituere principatum eis nitebatur, sibi essent auxilio, nec euerti patriam negligerent, neque rapi ad supplicium ciuium illustrissimos. Tumultu autem in contione orto, & iam quibusdam confu- gere ad arma orsis, hi qui turbam corona cinxerant, elato quodam signo gladios eduxere. Exterritisq; omnibus exurgens Tullus iterum. Nihil, in- quit, licet uobis moliri nouum, nec peccare uiri Albani. nam si mouere uos audeatis, ab his, inquit, omnes perdemini: ostendens eos qui gladios te- nebant. Accipite igitur quæ dantur, efficiaminiq; ex hoc tempore Roma- ni ciues. necesse enim est alterum de duobus, aut habitare uos Romæ, aut nullam aliam terram habere patriam. Iuit enim ante lucem missus à me M. Horatius urbem uestram euersurus usq; à fundamentis, traducturusq; homines omnes Romam. Scientes igitur uos hæc esse iamiam peragenda parcite morti uestræ, imperataq; facite. Metium autem Suffetium insidia- tum nobis occulte, neq; nunc dubitantẽ turbulentos homines seditiososq; uocare ad arma, afficiam ego supplicio, & eo quidem praua anima fraudu lentaq; digno. Quibus dictis partem illam rixosam contionis exterruit, utpote improuisa eam necessitate oppressam. Suffetium autem ægre feren tem adhuc, & clamantem solum, reuocãtemq; fœdera quæ fregisse ipse re- dargutus erat, ac ne in malis quidem ipsis ferociam summittentem, dilace-

Familiæ Albanæ

Verba Tulli

rantes ei ueſtimenta iubente Tullo lictores corpus multis uerberibus cæ/
debant. Et ubi ſatis huius cruciatus habuit, binis admotis quadrigis, unis
earum brachia, alteris pedes illius cõnexuerunt loris longis. abigentibusq́
deinde aurigis quadrigas alteras ab alteris, laceratus humi, atq́ diſtractus
Mors Suffetij ab utriſq́ in diuerſa, breui tempore diſſipatus eſt. Metius igitur adeo mi/
ſere ignominioſeq́ potitus eſt mortis. Amicis autem eius conſcijs proditi/
onis conſtituens rex iudicia, quot eorum ceperat ex lege de deſertoribus a/
ciei proditoribusq́ occidit. Dum hæc fiunt M. Horatius cum electis mili/
tibus miſſus ad euertendam Albam propere iter conficiens, & inueniens
apertas portas & incuſtoditos muros, facile fit urbis dominus: cõgregãsq́
multitudinem in contionem, quæ geſta erant in pugna omnia eis declarat,
atq́ decretum Romani ſenatus enuntiat. Contradicentibus autem homi/
nibus tẽpusq́ petentibus ad legationem mittendã, nihil ipſe moræ inter/
Albæ euerſio ponens ædes murosq́, & ſi quid aliud extructum erat priuatim aut publi/
cum diruit. Homines uero cum multa cura tranſmittit Romam, res ſuas du
centes ſimul & ferẽtes. quos quidẽ Tullus ab exercitu profectus in Tribus
Romanas Curiasq́ diſtribuit, ædesq́ eis conſtruxit, in quibus ipſi uolue/
runt urbis locis, partemq́ agri publici ſufficientem tenuioribus mercena/
rijsq́ partiẽs, alijs quoq́ comitatibus complexus eſt multitudinem. Sicq́
Quantum Al/ba durauit urbs Alba quã Aſcanius condidit ex Ænea Anchiſæ genitus, & ex Creu/
ſa Priami filia, annos durãs poſtquam condita eſt quingentos minus tre/
decim, in quibus magnã habuit acceſſionẽ in uirtutem & opes omnemq́
aliam felicitatem: & quæ urbes triginta Latinorum colonias ſuas habuit,
tempus ipſa omne gentis eius princeps: euerſa ad hoc tempus uſq́ etiam
deſerta permanet. Rex autem Tullus ſuperuenientem intermittens hye/
Bellum in Fidenates mem ineunte uere exercitum in Fidenates iterum educit. Fidenatibus au/
tem publice auxilium ex nulla quidem ſociarum urbium aduenit, mercena
rij uero quidam ex multis locis cõfluxere: quibus fidentes illi extra urbem
auſi ſunt prodire: & inſtructi contra, multosq́ amittentes in pugna, intra
mœnia iterum ſunt compulſi. Poſtquam autem circundans uallum urbi
Tullus cingẽsq́ foſſa ad extremam perduxit clauſos eos penuriam, coa/
cti ſunt ſe regi dedere, quibus ipſe uoluit conditionibus. Eoq́ modo domi
nus urbis factus, defectiõis autoribus occiſis, reliquisq́ abſolutis, ſua ipſos
omnia ut antea poſſidere ſinens, & quam prius habebant Reip. formam
reddens, exercitum dimiſit. Atq́ profectus Romam trophæoferam pom/
Bellum in Sa/binos pam, uictimasq́ deis reddidit, ſecundum illum triumphum ducens. Poſt
hoc autem bellum aliud Romanis aſtitit ex Sabinorũ gente. Principium
autem & cauſa eius fuit huiuſmodi. Fanum eſt communiter à Sabinisq́ &
Feronia Latinis honoratum, ſanctum maxime inter cætera eius deæ quæ Feronia
uocatur, quam uertentes in Græcam linguam, alij quidem Anthophoron,
alij Philoſtephanon, alij autem Pherſephonen uocant. In hoc autem Fa/
num

num cõueniebant ex finitimis urbibus ad prẽstitutos dies festos,multi qui dem soluentes uota sacrificiaq; reddentes deæ, multi uero lucri causa ob celebritatem negotiatoresq; & opifices & coloni. Erantq; fora ibi omnium clarissima quæ in alijs locis Italiæ habeantur. In hunc autem mercatum euntes aliquando Romanos homines haud obscuros Sabini quidam corripientes uinxerant pecuniasq; abstulerant, missaq; eis legatione super his nihil æqui facere uoluerant. sed & corpora captorum simulq; & pecunias retinuerant, exprobrãtes ijdem Romanis quod Sabinorum fugitiuos ipsi quoq; suscepissent,construentes Asylum sacrum, de quo dictum est superius.Ex his igitur expostulationibus bello orto magnis uiribus utriq; prodiere,conflixeruntq; acie,donec tandem pugnantes eos æquo marte super ueniens nox diremit, incertos ipsos utri eorum uicissent. Postero autẽ die intelligentes utriq; mortuorum sauciorumq; multitudinem,noluerunt amplius periculum alterius pugnæ facere,sed abiere relicto uallo. Interponentesq; annũ illum,exierunt alteri in alteros maioribus paratis uiribus. Committurq; prælium apud urbem Hereonem, centum & septem stadijs distantem Roma:in quo multi utrinq; cecidere. pugnantibusq; eis diu ancipiti marte,intendens manus ad cœlum Tullus uouit deis,si uinceret ea die Sabinos, se Saturno Rheæq; instituturum publico sumptu ludos:quos agunt adhuc quotannis Romani,cum ex agris fructus omnes perceperint. uouitq; duplicem eorum, quos Salios uocant,numerum. Sunt hi quidem ex parentibus generosis,se mouentes enoplijs saltationibus ad tibiam congruis temporibus,& deorum canentes laudes quasdam patrias,ut declaratum est supra.Post hoc uotum autem fiducia quædam Romanis affuit,& ut uigentes ipsi uiribus in languẽtes delati,dissipant eorum aciem,sole iam præcipiti,coguntq; prẽsides fugam incipere,quos persequentes ipsi usq; ad uallum, & multo plures circum fossam capientes, ne sic quidẽ sunt reuersi: sed permanentes eam noctem,& eos qui è uallo pugnabant reprimentes, potiti sunt castris. post quod opus quantãcunq; uoluerunt Sabinorũ regionem populati,tanq; nemine secũ amplius de ea contendente, reuersi sunt domum.Duxitq; hinc triumphũ tertium, neq; multo post mittentibus legationem Sabinis,dissoluit bellũ.captiuos quosq; ab eis recipiens,quos in pabulationibus ceperãt,& perfugas:pecudũ quoq; & iugariorũ,aliarumq; rerum,quas illi colonis ademerant,mulctã exigens, ea quam Senatus Romanus statuit,iacturas ipsas æstimans pecunia. Hoc aũt modo dissoluentes bellum Sabini, ac de cõuentis cõtrascriptas bases reponentes in locis sacris:ubi bellum Romanis aduersus omnes cõmuniter Latinorũ urbes direptas astitit,haud ipsum facile arcendũ breui(ob quas causas aũt,paulopost enarrabo)putantes ijdem hanc sibi occasionẽ optabilẽ,iurisiurandi illius & sponsionũ,ac si nunq; factæ essent,obliuiscunt. existimãtesq; uenisse tempus idoneũ,in quo multo plures pecunias ijs quas Romanis persoluerant

Secundum prælium. *

Votum

Sabini uicti

ipsi ab eis reciperent, pauci primum & occulte exeuntes de finitimis age/bant prædas. Deinde autem congregati multi, & aperte, quandoquidē ex sententia priora eis euenerant, nullo misso ad custodiam colonorum præsi dio, despicientes iam hostes, cogitabant aduersus Romam ipsam irruere: congregabantq; ex urbibus omnibus exercitum, sermonem etiam cum Latinis de societate inferentes, quod non tamen illis contigit, amicitiā cum ea gente societatemq; belli facere. Tullus autem consilia eorum sentiens, pactis cum Latinis indicijs, in hos statuit exercitum educere, armans ipse Romanas copias, duplo iam maiores, quàm antea, ex quo ad se Albanos traxerat, & à socijs alijs quanta potuit auxilia accersens. Contracti autem erant iam Sabinis etiam exercitus, & ubi proximi inter se fuere ad syluam * Maleficam appellatam, parum loci medij relinquentes castra posuere, se/quentiq; die congressi pugnarunt quidem ancipiti diu marte, donec die iam declinante in occasum Sabini cedunt urgente eos equitatu Roma/norum: magnaq; in eos strages edita est in fuga. Romani autem mortuos spoliantes diripientesq; castra, ac partem optimam regionis populantes domum redeunt. Hunc q; finem habuit eueniens Romanis aduersus Sa-

De Latinis binos bellum regnante Tullo. Latinorum uero urbes hinc primum à Ro/manis dissidebant, haud dignantes euersa Alba euersoribus eius Roma/nis principatum tradere. Annis enim quindecim post Albam deletam Rex Romanorum legatos mittēs ad colonias obnoxiasq; Albanis trigin/ta urbes, æquum censebat parere ipsas Romanorum iussis, tanquam susci pientium simul cum cęteris quę Albani obtinebant, etiam Latinorum gen tis principatum: duos quidem demonstrans eis possessionum modos qui/bus homines fiunt alienorum domini, necessarium & ultroneū: & utroq; modo dicens susce pisse Romanos principatū earum urbium, quas Albani habuissent: quod & factos inimicos eos uicissent armis, & amittentibus eis urbem, partē suæ dedissent ipsi: ita ut & inuitis Albanis & uolentibus con ueniret subiectorum sibi imperio Romanis cedere. Latinorum autē urbes priuatim quidem legatis nihil respondere. Conuentu uero gentis eius cō/muni habito Ferentini, minime Romanis cedere principatu decreuere. Du osq; statim duces eligunt, penes quos pacis belliq; potestas esset, Ancum Publicium ex urbe Cora, & Spusium Vecilium ex Lauinio. Ob hasq; cau sas euenit Romanis aduersus eiusdē gentis homines bellū procedens usq; in quintum annū, ciuile quoddā atq; uetusto more. Neq; em̄, ac si descen/dissent totis copijs in aciem magna clades accepta, supremáue accidit alte/rutrius partis deletio: neq; eo bello uicta urbs est euersa ulla, aut in seruitu tem redacta, aut ulla alia intolerabili potita est calamitate, sed irrumpen/tes alteri in alterorum agros sub maturitatem frumenti, populantesq; re/

Medulia gionem reducebāt domum copias, permutabantq; captiuos. unam autem Latinæ gentis urbem Meduliam, antiquitus adhuc coloniam factam sub

principatu

principatu Romuli (ut in superiore dictum est libro) reuersam rursus ad consanguineam gentem obsidione urgens Rex Romanus, persuasit ei non amplius moliri res nouas. Aliud autem quicquam acerborum quæ ferunt bella, eo tempore neutris accidit: quippe faciles, nihilq; infestum habentes ob promptitudinē Romanorū dissensiones peractæ erant. Hæcq; igitur cùm gessisset in imperio suo Tullus Hostilius uir inter paucos memorari dignus, cum audaciæ in rebus bellicis causa, tum prudentiæ in difficilimis: præterq; duo ista, quod nequaquam ad ineundum bellum uelox, certus quidem erat perstans in eo æmulis omnibus præcellere, annos duos & triginta cum regnasset extinctus est, incensa domo cum uxore & filijs atque alia familiari turba omni igne cōprehensa. Succensam domum eius alij dicunt per fulmen ira dei ob quorundam sacrorum intermissionem. Relinqui enim in principatu eius patria quædā sacrificia, & alia quæ Romanis non aderant externa induci. Plures aūt humanis insidijs esse factum id dicunt, opus ipsum asscribentes Martio qui post eum regnum obtinuit. Hunc enim ex filia Numæ Pompilij natū, ferentem egerrime quod ex genere ipse regio priuatus uiueret, ac uidentem hæredes omnium suscriptos esse Tullo filios, maxime suspicatum uolunt, si quid Tullo accidisset, in eos esse peruenturum principatum. Hæcq; eum cogitantem multo ante struxisse regi insidias, habentem ipsum multos Romanorum factionis suæ, cōciliatoresq; ei regni, tum amicum ipsum Tullo intimum, maximeq; creditum obseruasse cum appareret tempus insidijs idoneum. Nam peracturo Tullo sacrificium, quod domi uidere solos necessarios suos uolebat: incidenteq; forte die ea ualde hyemali imbre multo procellosoq;, & tenebris, adeò ut desertus relinqueretur locus ante domum custodiæ, opinatum dicunt Martium tempus illud idoneum, atque transgredientem ianuam simul cum amicis occulte gladios sub uestimentis habentibus, interficientemq; regem, & filios, & quoscunque adesse contigit, in ædes ignem multis locis coniecisse, & his quidem gestis sermones disseminasse de fulmine. Ego uero hunc sermonem haud recipio, nec uerum puto, minimeq; credibilem reor: ac priori fidem magis adhibens, per Genium puto mortis eum istius potitum esse. Neq; enim aut celatum iri hanc actionem perpetratam à multis uerisimile, aut exploratum erat autori quod post Tulli mortem Romani se regem designaturi essent. Neque si hæc ei ab hominibus speranda firmaq; essent, iudicium deorum simile ignorantibus humanis futurum erat. Nam post amicorū suffragia oportebat ei deos regnum prosperis augurijs sancire. Scelestum aūt hominē & tot cædibus cruētum impie, quisnam deorum aut geniorum debuit aris admittere adeuntem, & per hostias initiantem, reliquosq; peragentem diuinos cultus? ita ut ego propterea non in hominum insidias, sed in uoluntatem Dei rem ipsam referam: iudicet autem quisque quod uolet. Post mortem Tulli Interrex creatus

Mors Tulli Hostilij

atus ex pátria consuetudine regem Vrbis eligit Martium cognomine Ancum. Confirmantéq; Populo quæ uisa erant Senatui, pulchréq; habentibus rebus diuinis, peragens omnia ex lege Martius suscepit imperium, anno secundo trigesimæquintæ Olympiadis, qua uicit Sphærus Lacedæmonius: quo tempore annuum magistratum obtinuit Athenis Damasia. Hic rex multa sacrificia neglecta percipiens, quæ maternus auus suus Numa Pompilius constituerat, bellatoresq; & diuitijs auctos uidens plures Romanorum, neque agros ut antea colentes amplius, aduocata in contionem multitudine uenerari eos iterum diuina postulabat, enarrans quod inobseruantia deorum, morbi pestesq; urbem inuaserant, à quibus populi pars non parua absumpta esset. quodq; rex Tullus non habens quã oportuit horum custodiam, languens diu omni morborum genere, nec syncera mente ipse adhuc permanens, sed cum corpore corruptis sensibus miserabili potitus erat excidio ipseq; & genus suum. inductionemq; Reip. constitutam Romanis à Numa laudans, ut honestam & moderatam, per iustissima opera exhibentem quotidianam cuiq; abundantiam, reuocare ipsos iterum hortabatur agriculturáq; & nutritione pecudum, alijs operationibus, quibus nihil adesset iniusti, ac rapinas & uiolentiam cæterasq; utilitates ex bello paruipendere. Quæ cum diceret, magnúmq; omnibus desiderium attulisset quietis pacificæ atque modestæ industriæ, post hæc conuocans pontifices, & quos Pompilius constituerat de sacris commentarios ab eis sumens in pugillaribus exscripsit: proposuitq; in foro uidendos omnibus uolentibus, donec eos deinde contigit deleri æuo. Bases enim nondũ erant æneæ, sed in quernis insculptæ sunt tabulis, legesq; & sacrorum descriptiones. Post eiectionem autem regum in usum rursus publicum traductæ sunt à pontifice C. Papyrio sacrorum omnium principatum habente. Instaurans itaque deorum sacrificia neglecta ante aut praue culta, segnemq; turbam dimittẽs ad operas proprias, laudabat quidem diligentes agricolas, obiurgabatq; malos præsides possessionum suarum, tanquam non firmos ciues. Hoc autem statu constituto Reip. sperans maxime se semper sine bello & malis acturum uitam, sicuti maternum auum, haud respondentem electioni suæ fortunam habuit: sed præter sensum suum coactus est bellator fieri, nec ullum tempus sine periculo sineq; turbatione uiuere. Statim enim ut principatum iniit, otiosamq; aggressus est cõstituere Remp. contẽnentes eũ Latini, existimãtesq; ob ignauiam haud idoneũ esse eum ducẽ bello, latrones mittebant in finitimã sibi quiq; regionem, à quibus multi ex Romanis detrimenta accipiebant. Missis autem legatis à rege, iustaq; reposcentibus Romanis atq; cõuentis stari: neq; scire se quicquam de latrocinijs quæ obijciebantur simularunt, tanquam illis non publico consensu factis: neq; se Romanis ulla in re esse obnoxios. Non enim cum eis, sed cum Tullo icta fœdera: eoq; mortuo soluta es[illegible]

Ancus Martius Olympias XXXV

De religione conseruanda

Leges sacræ sub Anco publicatæ

ta esse, quæ de pace inter ipsos conuenerant. Coactus igitur his causis Latinorumq; responsis Martius in eos ducit exercitum, & castris ante urbem Politorium positis, eam priusquam à Latinis cæteris aduenirent auxilia sub conditionibus cepit, nullo malo homines afficiens. sed habentes sua omnia, traduxit Romam, distribuitq; in Tribus. Sequenti deinde anno mittentibus in Politorium ipsum desertum colonos Latinis, regionemq; tolentibus, uincens ipse cepit secundo urbem: & incendens ædes, murosq; euertens, ne haberent eam urbem rursus hostes receptaculum, agrumq; colerent, abduxit exercitum. inde anno sequente Latini castris ad Meduliam positis, in qua erant Romanorum coloni muros concinnantes, facto undiq; insultu ui eam capiunt. Martius autē Tellenem urbem Latinorum, ut illo tempore illustrem, uincens prius acie, deinde oppugnatione subijci-ens, nihilq; captis rerum suarum aufferens, ex urbe ipsa Romam eos transtulit. locumq; eis ad constructionem ædium diuisit. atq; Meduliam triennium à Latinis possessam quarto anno recipit, multis magnisq; recuperās pugnis. Neq; multo post Ficulneā diruit, qua triennio ante capta sub conditionibus, atq; omnibus Romam traductis, urbe ipsa nihil passa, uisus erat clementius quàm prudentius consuluisse. Nam mittentes in eam colonos Latini, obtinentesq; regionem Ficulneatiū res possidebant, ita ut cogeretur Martius iterum aduersus eam exercitum ducere. Neq; paruo tandem negotio dominus urbis factus, incendit domos, murosq; euertit. Post hoc fiunt Latinorum Romanorumq; pugnæ duæ, quarum prima certantes diu, uisiq; æquo marte, in sua utriq; castra rediere. Die autem postero uincentes Romani Latinos, ad castra usq; eos persequuntur. Postq; istas pugnas certamen nullum inter eos instructa fuit acie. Incursiones aūt in uicinas regiones fiebant ab utrisq; cōtinuæ, & congressus multorū per agros equitum peditúmq; expeditorū. In quibus quidē uincebāt (ut frequentius) Romani, subsidiales habentes copias, locisq; opportunis ad præsidiū confidentes, quibus præerat Tarquinius Etruscus. Desciuerant aūt Fidenates à Romanis per ea tempora, haud ex professo bellū demonstrātes, sed clam atq; per paucos regionē eis infestātes. In quos Martius expedito ꝓfectus exercitu, anteq; se ad bellū parārat, prope urbē castra posuit. illis uero ignorantiam primū prætendentibus, ob quas iniurias in se exercitus Romanorū aduenirent: cū dixisset rex, uenisse se ab eis iusta recepturū pro ijs quæ rapuerāt, læserántq; agrum suū: excusabant hanc non esse culpam publicam. atq; petentes tempus ad cognitionem inquisitionemq; fontium, dies multos absumpserunt, agentes quidem eorum nihil quæ opus erat, aduocantes uero socios & apparatui armorum dediti. Animaduertens autem consilium eorum Martius, subterraneas fossas duxit, incipiens à uallo proprio usq; subter murum urbis: & ubi finem iam opus habuit, transferens exercitum ad urbē duxit, scalas quoq; multas machinasq; ad oppugnationem

Politorium

Medulia

Tellena

Pugnæ duæ

aduehens

aduehens:non ad locum ubi erant cuniculi,ſed in diuerſum penitus. Occurrentibus autem Fidenatibus frequentibus ad obſeſſam urbis partem,& incurſum hoſtium ſtrenue propulſantibus, aperiẽtes ora cuniculorum ĩj qui ad id collocati erant Romani intra mœnia aſtitere: interfectiſq; obuĩs, portas ſuis aperiunt: ſuntq; multi Fidenatium dum urbs capitur perditi. Reliquos autem iubens Martius arma tradere, & ut in locum urbis quendam conuenirent per præconem edicens, paucos eorum autores ipſos defectionis uirgis cæſos interfecit. Domos autem diripiendas omnes militibus permiſit,atq; præſidium dimittens in urbe idoneum,copias in Sabinos abduxit.neq; enim illi quoq; fœderibus ſteterant cum Tullo ictis, ſed irrumpentes in agrum Romanum,quod finitimum eis fuit populati erant.Edoctus autem Martius per exploratores & per trãsfugas inuaſionis tempus, diſperſis eis per agros prædasq; agentibus,ipſe quidem cum peditatu adiens caſtra hoſtium parum habentia præſidĩ,primo impetu uallum cepit. Tarquinium autem ducentẽ equites iuſſit in diſperſos populatores agere. Quod uidentes Sabini, equitatum Romanorum in ſe tendentem,dimiſſa præda,& cæteris quæcunq; ferrent & agerent,fugiebant ad caſtra.quæ ubi ea quoq; obtineri à peditatu cognouere, incerti ĩdem quò ſe uerterent, in ſyluas montesq; tendebant. perſequentibusq; expeditis cohortibus atq; equite,pauci quidam ſeruati ſunt eorum,plures uero oppreſſi.Poſtq; hanc calamitatem mittentes iterum legatos Romam pacem impetrarunt qualem uoluere.Reſtans enim cum Latinis urbibus adhuc bellum,neceſſarias faciebat cum reliquis hoſtibus inducias & reconciliationes. Quarto autem fermè poſt hoc bellum anno,educens Martius urbanas copias,& quantas potuit à ſocijs accerſens,in Veientes duxit exercitum,multumq; eorum populatus eſt regionis. Nam inceperant illi quoq; anno priore bellum,irrumpentes in Romanum agrum,multamq; abigentes prędã,ac magna quoq; hominũ cæde edita. Egreſſo igitur exercitu Veĩs magno, & trans flumen Tiberim caſtra metante apud Fidenas, aſſumens ipſe quàm celerrime potuit expeditas cohortes, primum quidem excurſiones eorum inhibuit, prælio equeſtri uincens: deinde autem prodire eos cogens in aciem uicit, caſtris quoq; exuens: indeq; Romam rediens rebus bello bene geſtis uictoriæ inſignem pompam, cõſuetumq; triumphum deis in Vrbem duxit aduenies. Sequente autem anno ſoluẽtibus iterum Veientibus inducias, quas cum eo fecerant: dignumq; eſſe cenſentibus recuperare ſe ea quæ ſub Romulo rege ex fœdere ipſis adempta erant:alterum cum eis prælĩũ committitur apud Allas priori maius:quo rex facile uicit,urbemq; Allas ex eo tempore ſine ulla contradictione obtinuit. palma autem huius pugnæ penes Tarquinium ducem equitum fuit.Eumq; Martius clariſſimũ omnium ducens, cum in cæteris honorem habuit, tum in patriciorum ſenatorumq; numerum conſcripſit. Fuit autem à Volſcorum quoq; gente Martio regi bellu

Fidenæ urbs capitur

Sabini capiuntur

Veientes

Tarquinius

Volſci

bellum, exeuntibus etiam inde prædonibus in Romanum agrũm. atq; militans in eos Martius magnis uiribus multum circumegit prædæ, ac castra locans ad eorum urbem Velitras, fossa uallocꝫ cinxit. Instabatcꝫ ad muro- Velitræ
rum oppugnationem ipse campestria obtinens, donec exeuntibus seniori-
bus supplicibus, & illata damna sarcire pollicẽtibus quemadmodum Rex
æquum censeret, exhibereꝫ ad pœnam sontes, datis inducijs, iustaꝫ à uo-
lentibus sumens, pacem cum eis, amicitiamꝫ contraxit. Inde autem ex Sa- Sabini
binorum gente, alij rursus quidam, nondum uires Romanorum experti, ur-
bem ipsi incolentes magnam & felicem, nec habentes tamen quicquã quod
Romanis obijcerent, sed inuidere felicitati eorum coacti, maiori ei quàm æ-
quum esset homines bello acies cepere, primum latrocinijs excursionibusꝫ *
pauci conuenientes agros infestare. deinde autem inescati lucris in eos ex-
ercitum palam ducunt, populatiꝫ finitimam regionem uehementer affli-
xere: sed non eis tamen contigit, neq; lucrum abducere, nec abire congrega
tis. Nam auxilio accurrẽs propere Rex Romanus, propiusꝫ eorum castra
uallum iaciens, prodire eos coegit in pugnam, fuitꝫ certamen magnum ca
dentibus utrinq; multis. Cæterum uicere Romani, ob laborum tolerãtiam,
qui erant multo ante assueti, præcellebantꝫ Sabinis multo: urgentesꝫ pro
pere fugientes eos in castra sparsos & incompositos magnam cædem edi-
dere: captisꝫ castris ipsis multarum pecuniarum refertis, atq; captiuis rece-
ptis, quos Sabini per excursiones ceperant, domum rediere. Hæ igitur bel-
licæ actiones huius regis, quæ à Romanis memoria famaꝫ potitæ sunt, ta-
les quædam dicuntur extitisse: urbanæ uero hæ quas dicam. Primum qui- Res urbanæ
dem nõ paruam urbi partem addidit, cingens muro eum locum qui Auen-
tinus dicitur. Est enim collis modice ęditus, & in orbem stadia fermè decem *
octo complectens, qui tunc cum sylua omnis generis plenus erat, tum uero
plurima ac pulchra lauro, à qua locus quidam eius à Romanis lauretum di- Lauretum
citur. Nunc autem ædium est plenus omnis, in quo etiam multis ornamen
tis insigne extructũ est Dianæ templum. Segregabatur autem à colle quo-
dam Pallantio appellato, circa quem urbs prima est condita, profunda &
angusta ualle, cum nũc utroſq; Roma complectatur. Posterioribus autem
temporibus repleta est cõcauitas illa inter colles media. Hunc igitur collem
uidens futurũm aliquando munimentum aduersus urbem, si quis ei super-
ueniret exercitus, muro fossaꝫ communiuit, & traductos ex Tellene & Po-
litorio, alijsꝫ urbibus quascunq; ceperat, ibi collocauit. Vnum igitur hoc
ciuile regis actum traditur, pulchrũ simul, & magno usui, per quod urbem
fieri maiorem contigit urbis alterius adiectione, & quanquam magna ma-
nu hostium superueniente, minus esse capi facilem. Alterum autem quod-
dam est hoc ciuili acto maius, quo & omnibus ad uitam bonis beatiorem
ipsam fecit, & ad res capessendas generosiores eam extulit. Descendente e-
nim ex Apennini montibus Tiberi, & præter urbem ipsam fluente, irrum- Tiberis
pente

pentecq̃ in littora minime portuosa & continua,quæ Etruscum mare efficit: parumcq̃ eo aut nihil utilitatis memoratu dignum urbi afferente,quia nulla haberet ad exitum suum munimenta,quibus delatas mari naues & sursum actas susciperet,redderetcq̃ gratiã ingredientibus:cumcq̃ esset amnis idem usque ad fontes fluuialibus scaphis satis magnis nauigari idoneus,ad Romam autem uscq̃ ipsam maritimis quoq̃ nauibus onerarijs magnis:nauale aliquod excogitauit ad egressum eius extruere,utens ut portu hostio amnis ipsius.Panditur enim multũ in latitudinem,coniungens se mari.sinuscq̃ concipit magnos,quales portuum maritimorum illustrissimi: &(quod maxime miraretur aliquis)non obstruitur ad hostium marino littore interseptus,cui rei pleraq̃ etiã magna flumina sunt obnoxia. Nec in paludibus aut stagnis errans,aliquo in loco consumitur priusquam mare contingat riuus, sed est peruius ubicq̃ nauibus,unócq̃ tantum effluit hostio legitimo, persecans dorsum maris,atcq̃ ibi multus difficiliscq̃ fit ab occasu uentus. Naues igitur actuariæ quotcunq̃ adesse aliquando contigit,atq̃ ex onerarijs uscq̃ ad Trichiliophoram,per hostium eius intrant,& Romam uscq̃ remigiócq̃ & funibus tractæ adducuntur: maiores uero ante hostium ad ancoram [illegible] ctuantes, fluuialibus euacuatæ scaphis,exonerantur. Inter amnis igitur & * maris cubitum Rex urbem muro cingens, ab euentu ipso Hostiam nomi- nauit, quam nos Θύραν diceremus: uolens quidem Romam hostiũ non modo mediterraneum, sed maritimum quoq̃ fieri,& ex maritimis gustare bonis.Muniuit item muro eum quem Ianiculum uocant,montem æditum trans Tiberim amnem positum,præsidiumcq̃ ei imposuit idoneum tutelæ causa nauigantium per flumen: deprædabantur enim Etrusci,mercatores, obtinentes ipsi trans Tiberim regionem omnem. pontemq̃ ligneum, quem sine ære & sine ferro fas est lignis ipsis contineri, ille Tiberi impositisse dicitur, quem hucusq̃ custodiunt,sacrum esse existimantes. Si uero labet pars eius aliqua,ea curant pontifices,sacrificia quædam perficientes patria simul cum refectione.His igitur ab hoc rege in principatu suo gestis historia dignis, ac tradens ipse successoribus suis Romam haud paruo potẽtiorem quàm accepisset, quatuor & uiginti annos regno potitus, moritur: duos relinquens filios, alterum puerilis ætatis, alterum maiorem natu iam tum pubescentem.Post mortem uero Anci Martij Senatus,permittente ei Populo regiminis formã quam uellet constituere,in eadem qua fuerat manendũ cogitauit, Interregemcq̃ creat. Comitijscq̃ habitis multitudo regem eligit Lucium Tarquiniũ, confirmantibus quoq̃ auspicijs ea quæ populus iudicauerat.Suscipitcq̃ imperium Tarquinius, anno ferè secundo primæ & quadragesimæ Olympiadis, qua uicit Cleonidas Thebanus imperante Athenis Eniochida. Quibus autem parentibus Tarquinius hic fuerit, & qua oriundus patria, & quas ob causas Romam cõmigrarit,quibuscq̃ studijs in regnum peruenerit, ut in huius gentis commentarijs inueni dicam.

Portus Hostiensis

Hostia

Ianiculum

Mors Martij

V.Romanus Rex

Olympias 41

Corinthi

Corinthius uir quidam Demaratus nomine ex Bacchiadum familia, mercaturam exercere uolens, nauigauit in Italiam, onerariam nauem adducens propriam, & onus proprium. exoneransq; onus ipsum in urbibus Etruscorum felicissimis tunc omnium Italiæ, ac lucra inde magna capiens, nolebat amplius in alios adduci portus. sed idem mare assidue peragrabat, græcas merces ad Etruscos & Etruscas in Græciam uehens, fitq; multarum pecuniarum dominus. Occupante autem Corinthum seditione, et instante Bacchiadis Cypseli tyrannide, cum haud tutum uideretur sub tyrannide uiuere hominem præsertim multa possidentem, eumq; ex familia factionis optimatum, compositis rebus suis quascunque erat ferri possibile, Corintho soluens profectus est: habensq; amicos multos ex Etruscis & bonos, propter continua commercia, maximeque Tarquiniis urbe magna aliquando & felici, domum sibi ibi construit, & uxorem genere illustrem ducit: susceptisq; duobus filiis Etrusca eis nomina imposuit, Aruntem alterum, alterumque Lucumonem uocans, & erudiens utrunq; græca & Etrusca disciplina. uirisq; factis uxores ipsis capit ex illustrissimis familiis. Nec post multo senior eorũ moritur, nihil ex se relinquens palàm: postq; paucos dies etiam præ mœrore Demaratus, hæredem omnium suorum filium reliquum constituens Lucumonem. Qui susciptens patrias diuitias magnas ipsas, immiscere se rebus, administrareq; publica, & in primis esse ciuibus animo præsumpserat. Repulsus autem undiq; ab indigenis, nec ut in primis numeratus, sed nec in mediocribus, mœstus ægre ferebat ignominiam. Audiens autem de Roma, quod iucunde omnes susciperet, hospitesq; ciues faceret, honoraretq; unumquenq; pro dignitate hominũ, transferre eò habitationem constituit, res quidem suas omnes componens, & uxorem adducens, & ex amicis atq; familiaribus qui uellent. ac fuere qui cum eo prompti erant ad demigrationem plures. Vbi uero ad Ianiculum astitere, unde Roma ab Etrusca regione primũ segregata est: deuolans repente aquila, & pileũ quem in capite gestabat rapiẽs sursum, iterum rediit sublimem eum in orbem ferensq; & in profundum continentis aëris abscondens, moxq; capiti Lucumonis apte, ut erat antea, reposuit. Admirabili autem & inopinato omnibus apparente eo signo, Lucumonis uxor Tanaquil disciplinæ Etruscæ peritiam prodigiorum abunde à parentibus suscipiens, solum ipsum remotis cæteris complexa est: speq; bona impleuit, tanquam ex priuata fortuna in regiam potestatem transiturum. Considerare tamen consuluit quemadmodum à uolentibus acciperet principatum Romanorum, se ipse dignum eo honore exhibens. Is autẽ lætus hoc signo, ubi iam propius portas fuit, precatus deos ut diuinationes implerent, bonóque omine ingrederetur, in urbem transit. Posteáque in sermonem ueniens cum rege, primum quis sit aperit. deinde etiam quod habitare uolens in urbe, aduenerit: rem paternam omnem adducens, & in commune eam uolens Regi ciuitatique deponere

Demaratus

Lucumo

Prodigium. Vide Titum hist. lib. 1. Dec. 1.

ponere,maiorem ipſam,quàm ut à priuato poſſideatur.Suſcipiente autem deinde eum rege, & in Tribum contuberniumq; unà cum aſtantibus ei Etruſcis diſtribuente, locum idem in urbe ſufficientem ad ædificandum domum ſortiens,agri quoq; portionem accepit.Poſtea uero quàm hæc executus eſt,unusq; ciuium fuit,animaduertens quod unicuiq; Romanorum poſitum eſt nomen proprium, poſtq; illud alterum,quod eſt cognationis eorum & paternale: is quoq; ſimilem in hoc facere ſe illis uolens, Lucium ſibi pro Lucumone proprium nomen imponit, Tarquiniumq; cognationis,ab ea urbe,in qua genituræ educationisq; potitus erat.ac regi amicus breuiſſimo fit tempore,dona dans quibus opus eſſe ei maxime ſentiebat, atq; pecunias exhibens in uſus bellicos quantiſcunq; indigeret: belli quoq; miles idem peditum omniũ equitumq; ſtrenuiſſimus, & ubi ſententia opus eſſet bona,inter conſiliarios prudentiſſimos numeratus. ſicq; honoratus à rege, aliorũ quoq; Romanorũ beniuolentia non excidit,ſed & patriciorum multos beneficijs deuinxit: populareмq; multitudinẽ ut haberet ſibi propitiã, præparauit: blande appellans,ſalutans,gratioſisq; cõfabulationibus,ac pecuniarũ impartitione,alijsq; comitatibus homines alliciens.ac talis quidem erat Tarquinius,ob hasq; cauſas,& uiuente Martio factus eſt Romanor omniũ clariſſimus,morienteq; eodem dignus eſt regno ab omnibus iudicatus.quo ſuſcepto,primũ quidẽ bellũ geſſit cũ Apiolanis Latinæ gentis urbe non obſcura:Nam hi quidẽ,cæteriq; Latini omnes, exiſtimãtes ſoluta eſſe poſt Anci mortẽ pacis fœdera,latrocinijsq; & excurſiõibus Romanũ agrũ populabant. Quibus pro rebus eos ulciſci uolẽs Tarquinius,magnis exiuiuiribus,agriq; eorũ pulcherrimã populatus eſt partẽ. Aduenienteq; Apiolanis auxilio ex finitimis urbibus,bis prælio certatũ eſt magno,quorũ utroq; uincens Tarquinius,ad obſidionẽ urbis intendit,admouitq; urbi copias, unas alteris ſuccedentes.Hiq; ex urbe repugnantes pauci aduerſus multos, nec quietis unq; potiti ſublati ſunt cũ tempore: Sicq; capta per uim urbe pugnãtes plurimi Apiolanorũ cecidere: pauci uero armis traditis ſimul cũ reliqua prẽda ueniere,filijq; eorũ & uxores in ſeruitutẽ redactæ à Romanis abductæ ſunt:urbsq; direpta,ſuccenſa eſt:quibus peractis mutóq; à fundamentis euerſo,rex copias abduxit domũ.Poſtq; hoc aliũ eduxit exercitũ ad uerſus urbẽ Cruſtumeriũ.Erat enim Colonia iſta latinorum, ſed regnante Romulo Romanis adhæſerat.Rurſusq; ſuſcipiẽte imperiũ Tarquinio ſentire cœperat cũ Latinis,haud opus fuit tamẽ eã obſidione,alioue labore recipere.Nã intelligentes Cruſtumerini magnitudinẽ uitiũ quæ aduerſum ſe aduentabãt,necnõ imbecillitatẽ ſuã,nullo ei à Latinis cæteris adueniẽte auxilio portas aperuere.Exeuntesq; natu maximi ciuiũ,& honoratiſſimi urbẽ ei tradidere,æquo eũ moderatóq; uti imperio ſupplicantes:resq; ad uotum ſucceſſit. Nam ingrediẽs urbem Tarquinius occidit neminem: ualde paucos autem defectionis autores ipſos fuga propria mulctauit,cæterisq; omnibus

Cruſtumeriũ

nibus sua sibi habere concessit, Reiq; Romanorũ publicæ sicut prius partícipes esse. ac ne res amplius nouas molirent, colonos ei relinquit Romanos.
Eadem quoq; cogitãtibus Nomentanis, ijsdem potiri contigit. Nam & isti *Nomentani*
latrocinia exercentes in Romano agro, hostes eis ex professo fuerant, Latinorum fidentes societati. militante uero aduersus eos Tarquinio, tardantibusq; Latinorum auxilijs, inualidi ipsi ad obuiandum tantis uiribus, conuersi sunt ad preces, egressiq; urbem se ipsi dedidere. At qui Collatiam ha- *Collatia*
bitabant, conati sunt prælio decertare aduersum uires Romanorum: atque urbem egressi, omniq; in certamine prorsus inferiores, ac plagas multas accipientes, coacti sunt iterum intra muros profugere, miseruntq; ad Latinorum urbes auxilium postulantes: quod cum esset serius, & ad multas muri partes incursus fierent, post tempus aliquod coacti sunt urbẽ dedere, haud eadem tamen moderatione potiti ipsi, qua Nomentani & Crustumerini. sed ademit Rex eis arma, mulctans pecunijs, atq; præsidium relinquens in urbe ipsa idoneum. præesseq; eis statuit, magistratu obnoxio per omnem uitam fratris filium Tarquinium Aruntem, qui post mortem patris Aruntis auiq; Demarati natus, nec paternæ nec auitæ rei debitã hæreditatis partem acceperat, quam ob causam Egerius cognominatus est. Pauperes enim *Egerius*
& inopes ita Romani uocant. Postea uero quàm urbis illius suscepit curam *Tarquinius Collatinus*
cognominatus est Collatinus, ipseq; & ab illo descẽdentes cæteri. Post Collatiam autem acceptam ad Corniculum rex duxit copias. Erat enim urbs *Corniculum*
quoq; illa gentis Latinorũ, populatusq; regionem nullo cum metu, nemine pro ea repugnante, iuxta urbem castra habuit prouocãs eos in amicitiam. Cæterum nolentibus ipsis in conciliationes progredi, sed & murorum fretis munimento, & uentura undiq; auxilia existimãtibus, circundans undiq; urbi copias eam oppugnabat. restitereq; multũ tempus Corniculani uiriliter repugnantes, nec leues plagas insultãtibus inferentes. defessi uero continuis laboribus, nec eandem sententiam seruãtes omnes: namq; alijs urbs tradenda, alijsq; resistendũ omnino uidebatur: sicq; etiam ex seditione magis laborãtes, per uim interim sunt capti. pars eorũ igitur præcipua in ipsa urbis captione pugnans, absumpta est. Pars uero ignobilis, & ob id seruata in seruorum habita ratione uenundata est, cum uxoribus & filijs: urbsq; à uictoribus direpta, & cõcremata. Quod ægerrime ferentes Latini decreue- *Latini*
re communiter exercitum aduersus Romanos educere: magnisque paratis uiribus in pulchertimã regionem eorũ irrupere, ex qua captiuos multos & ingentem prædam abduxere. Exiuit aũt rex Tarquinius aduersum cũ expeditis præparatisq; copijs: sed iam non eos amplius præoccupare ualens in eorum ipse irruit regionem, paribusq; affecit damnis, ac multa utrisq; talia inuicem in finitimas excurrẽtibus regiones euenere, detrimentaq; & lucra. Vnũ aũt instructa acie congressis eis omnibus uiribus præliũ prope Fidenas fuit. In quo multis utrinq; cadentibus uicere Romani, coegerũtq; deser-

tis caſtris Latinos nocte in ſuas urbes regredi. Indeq; inſtructum habens rex exercitū in eorum tranſgreſſus urbes,ſermones intulit de amicitia.Hiq; qbus nec cōmunes adeſſent uires,neq; ꝓpriis apparatibus confiderēt,acce/pere ꝓuocationes,tradidereq; urbes quidā: uidētes ĩdē ui captos ſeruitutē ſeq & euerſiōes, deditos aūt ex cōſenſu obedire tantū uictoribus, nihilq; ali ud intolerabile.Ac primū igit Fidenates adiecere urbes haud ſpernendas, ſub cōuentis quibuſdā iuſtis. poſteaq; Camerini,quos ſecuta ſunt caſtella quædā parua,& munita: quibus rebus perturbati Latini reliqui, ac timētes ne in eodē cōſentiret gens omnis:coeuntes Ferentini in foro,decreuere uires ſuas ex omni urbe educere,& ex finitimis gentibus potētiſſimos quoſq; ad/uocare. Miſſaq; ad Etruſcos Sabinosq; legatione, qua auxilia poſtulabāt, Sabini quidem polliciti ſunt eis: ſe, ubi agrū Romani iuris ingreſſos ipſos audiſſent,ſumptis armis regionem ſibi proximā populaturos. Etruſci quoq; ſe miſſuros eis auxilia,quibuſcunq; indigerent,receperunt: non ſententiæ eiuſdem omnes, ſed urbes quinq; tantūmodo,Cluſini,Aretini,Volaterani, Ruſellani,& ultra iſtos Vetuloniatę.quarum rerū ſpe elati Latinorū populi præparatis uiribus ſuis proprijs magnis ipſis,& ab Etruſcis acceptis alteris; in Romanū agrum irrumpūt. Atq; eodem tēpore ex Sabinorū gēte urbes quæ ſe quoq; belli ſocias fore eis promiſerāt,uicinā ſibi regionē depopulantur. Tarquinius aūt rex,& ipſe interim magnis,ſtrenuisq; paratis copijs,q; celerrime in hoſtes tendit: ac cū Sabinis Latinisq; eodem tēpore bellū gerere,uiresq; ſuas diuidere haud tutū ratus,eas omnes in Latinos ducere cō/ſtituit.poſitisq; propius eos caſtris, primū quidē cunctanter ſeſe utriq; habuere,ne ſuis uiribus omnibus periclitarētur,timentes ipſi inuicē alterorum apparatus: leuia aūt certamina ab deſcendentibus utrinq; extra munitiōes inermibus fiebant aſſidua: ac pugnabant,ut frequētius,æquo marte.donec tandē incidente utriſq; ex his leuibus certaminibus contentione,ſubuenientes utriq; ſuis pauci primū,deinde plures, ad extremū coacti ſunt omnes è caſtris progredi.atq; congreſſi in pugnā uiri,neq; bellicorum certaminū rudes,neq; multū inter ſe peditū equitumq; numero differentes,alacritate ĩ/dem pari ruentes in bellum,& adeſſe ſibi periculorum ultimū exiſtimātes, pugnabant quidem utrinq; egregie donec eos ex æquo pugnantes depre/hendens nox diremit. Poſt pugnam tamen utrorumque ſenſus haud ſi/miles,manifeſtos effecere utri pugna prævalerent.Nam ſequenti die Lati/ni haud amplius extra uallum proceſſere. Rex Romanus autem ducens copias in planitiem, pugnæ alteri paratus erat. Et ad multum diei tenuit inſtructam aciem, & ubi hoſtes obuiam non exiuere: legens ſpolia ex ho/ſtibus,ſuosque mortuos ſuſcipiens,multa cum iactantia exercitum reduxit in caſtra.Cæterum adueniente poſtridie Latinis altero ab Etruſcis auxilio, ſecundum extitit certamen multo maius priori, ex quo tamen uictoriam abſtulit Tarquinius clariſſimam, cuius eum fuiſſe cauſam fatentur omnes.

Vrbes in Romanos coniuratæ.

Nam

Nam laborante iam Romana legione,& in siniſtro cornu ſciſſa,audiens inclinationem Tarquinius, pugnabat enim in dextro cornu, conuertensque alas equitum ſtrenuiſſimas,peditumq; robuſtiſſimos aſſumens,à tergo eos exercitus ſui duxit:& tranſgrediens ſiniſtrum cornu, extendit ultra phalangem hoſtium. poſteaq; conuerſus in hoſtem,& incurſans equis cornua, in tranſuerſas irruit cohortes Etruſcorum: nam pugnantes in dextro iſti oppoſitos ſibi hoſtes auerterant,ſed apparens inopinato eis Tarquinius,ſtuporem magnamq; perturbationem præbuit: interimq; peditatus Romanorum ex priori metu ſe recipiens redit in aduerſos hoſtes:hincq; ſecuta eſt cædes Etruſcorum magna,fugaq; dextri cornu haud dubia. Tarquinius autem iuſſis peditibus ordine modicóque gradu perſequi, ad caſtra ipſe hoſtium contendit, agens equos pro uiribus: atque fugientes præueniens, fit ualli repente dominus. Nam qui caſtris præſidio relicti erant,nondum cognita calamitate ſuorum,nec dignoſcere aduenientes equites ob celeritatem incurſus ualentes,permiſerunt eos ingredi: ſicq; captis Latinorum munitionibus, hi qui redibant conſternati ut in tutum profugium, à ſuſcipientibus eos equitibus perdebantur: & qui fugere è caſtris cœperant in planitiem Romana legione obuia cædebantur. Plurimi uero eorum extrudentes ſe inuicem, & conculcati circa ſudes, & per foſſam, miſerabili ſimulque degenere fato abſumebantur: donec coacti ſunt reliqui, nullam aliam ſalutem inuenientes, uictoribus ſe tradere. Tarquinius autem multis corporibus,multisque pecunijs acquiſitis, captiuos quidem uenundans, cætera in caſtris relicta militibus dono dedit. Hisq; geſtis ad Latinorum urbes duxit exercitum,tanquam pugna domiturus eas,quæ non ſibi adhęrerent: ſed non tamen oppugnatione opus ei fuit. Omnes enim ſupplices, & ad preces conuerſæ,legationemq; communiter mittentes,deponi bellum poſtulabant, quibus ipſe uellet conditionibus,urbesq; tradidere. Sicq; factus rex conſenſu earũ dominus,clementiſſime ſe in omnes moderatiſſimeq; geſſit, non occidens nec exulare cogens,mulctansue pecunijs Latinorũ quenquã, permittens agrũ ſuum eos poſſidere,atq; uti inſtitutis patrijs. Iuſſit aũt tradi perfugas,& captiuos Romanorũ ſine pretio. Famulosq; dominis redderent,quos in pabulationibus deprehenderãt,atq; pecunias quaſcunq; colonis abſtulerãt,perſoluerent:& ſi quid aliud damni intulerant in procurſionibus aut corruperant,reſarcirent: & his factis licere eos amicos eſſe, ſociosq; Romanorũ,agentes omnia quæcunq; ipſi præciperent.Sic igitur Latinorũ bellum in hũc finem deſijt,ac Rex pompam inſignẽ ducẽs de hoc bello triumphauit.Sequenti uero anno duxit in Sabinos exercitũ,multo ante præſcientes uoluntatẽ eius,& apparatũ in ſe,nec expectãtes ut in regionẽ ſuam bellum pertranſiret. ſed & ipſi paratis interim magnis uiribus obuiam prodeuntes: commiſſoq; prælio circa fines utriuſque gentis ad noctem uſque ceſſere neutri. pugnarunt enim utriq; acerrime, diebus autem ſequentibus

Latini debellati.

Tarquinius

Bellum in Sabinos.

neq; dux Sabinorum eduxit è uallo copias,neq; rex Romanorũ, ſed ſe caſtris continctes ambo nec agri quicquam alieni populantes domũ rediere: erat enim mens ambobus eadem,ut maiores in hoſtem uires educerẽt ineunte uere. quæ ubi paratæ ſunt utriſq;, exiuere prius Sabini ſocias habẽtes copias magnas Etruſcorũ,conſederuntq; prope Fidenas ad confluentes Anienemq; & Tiberim,bina facientes caſtra aduerſa ſibi inuicem & cõtinua, mediumq; habentes cõmuniter ex ambobus fluminibus aquarũ defluxũ. ſuper quem extructus eſt pons lignis conſeptus,ac ſcaphis ratibusq; ſuſtẽtatus,commeatum exhibens inter ipſos celerem & caſtra una.Audiens aũt irruptionem eorum Tarquinius,eduxit ipſe quoq; exercitũ,collocatq; paulo ſuperius ab illorum caſtris iuxta Anienem caſtra in colle quodam ſatis tuto.omniq; promptitudine irruentibus utriſq; in bellũ,nullũ eis tamen certamen ex acie neq; maius neq; minus conſtitit.ſed præuenit quidẽ Tarquinius ingenio,imperatorijsq; conſilijs res omnes Sabinorũ conterens,& utrunq; uallũ auferens.Fuit autem imperatorius ſenſus ille huiuſmodi: Scaphas parans fluuiales & rates,lignorum ipſas aridorũ quiſquiliarumq; plenas ſulfurisq; item & picis,ad utraſq; fluuiorum partes ubi ipſe cõſederat: poſteaq; obſeruans uentum circiter matutinam uigiliam proſperum,igt[illegible] conijci iuſſit in materiam,ac ſcaphas ratesq; ferri ſinere ſecundum fluxum. Eæq; breuiſſimo tempore decurrentes ſpatium interiacens,incidentesq; in pontem flammis eum undiq; corripiũt.Sabinis autẽ ut uidere repentinam flammam multam cõcurrentibus auxilio,omniaq; molientibus idonea ad extinguendum ignem,aduenit prima luce Tarquinius inſtructas ductans Romanorum uires. & aggreſſus utrinq; uallum à cuſtodibus plurimis deſertum,feſtinantibus ad ardentia,à pauciſſimisq; defenſum, nullo negocio fit eius dominus.Dumq; hæc fiunt,alterũ Sabinorũ uallũ trans flumen altera quoq; ſuperueniens Romanorum manus capit,emiſſa ea à Tarquinio circiter primam uigiliam, atq; traiecta ſcaphis ratibusque flumen unum è duobus factũ, in eam partẽ qua maxime latere poſſet Sabinos. Erat enim prope uallũ,cum ardentẽ pontem uidit ,quod ei erat inuadendi ſignũ. qui uero in uallo reſtiterant,alij quidem pugnantes à Romanis ſunt interfecti: alij autẽ ſe in confluentiã fluminũ proijciẽtes,nec ſũfferre ualentes uortices amnis ipſius ſummergebantur.abſumpta quoq; eſt pars eorum nõ exigua igni, dum auxiliũ ponti ferunt. Capiens aũt Tarquinius utraq; caſtra,relictam in eis prædam diuidendã militibus conceſſit. Captiuos aũt multos ipſos Sabinorũq; & Etruſcorũ Romam ducens ſub multa habuit cuſtodia. Sabinos igitur belli pœnituit,ob eam calamitatẽ coactos,atq; mittentes legatos ipſi in ſex annos inducias impetrarũt.Etruſci aũt irato animo ferentes ſe uictos eſſe ſæpius à Romanis, & quod miſſa legatione noluerat eis Tarquinius captiuos reddere,ſed habebat loco obſidum,decretũ faciũt uti omnes Etruſcorum urbes communiter bellũ Romanis inferãt,& quæ mili-

Tarquinij ſolertia

Etruſci

tiam

tiam detractet,extra societatem esset.his sancitis educunt copias,atq; traiecto Tiberi,castra prope Fidenas locant.Occupataq; per proditionem urbe ipsa,dissidentibus qui in ea erant,multaq; capientes corpora,multāq; prædam abigentes ex Romanorum regione domum rediere, Fidenis præsidium abunde relinquentes: uidebatur enim urbs ipsa eis receptaculum futurum optimum aduersus Romanos belli. Tarquinius aūt anno proximo Romanos omnes in armis habēs, & à socijs quàm maxime multos potuit assumens,eduxit eos in hostem initio ueris, antequā congregati illi ex omnibus urbibus in se priores irent: ac diuisis copijs omnibus bisariā,ductans ipse Romanum exercitum,sociorumq; uirium,in quibus pars magna Latinorum erat, Egerium cognatum suum ducem declarans, in eos hostes qui Fidenis erāt iussit ire.Pars hæc igitur socialis uallum propius Fidenas loco minime tuto collocans ex contēptu hostiū,parū abfuit quin perderetur omnis.Nā qui Fidenis erant prę̨sidio,auxilia alia ab Etruscis clam accersentes, & obseruato tempore opportuno,egredientes urbem, castra primo cepere impetu negligenter custodita,& in egressis pabulatum magnā ædidere cædem. Romanorū uero manus cui Tarquinius præerat,Veientiū regionem spolians atq; depopulans,ac multa inde quæ usui forent efferens,cū deinde ex omnibus Etruscorum urbibus aduenirent magna Veientibus auxilia descendens in pugnam,haud dubie uictrix fuit.Posteaq; regionē peragrans ipsarum urbium sine metu populabatur. Multaq; capiens mancipia, multasq; pecunias,ut ex felici regione,exeunte iam æstate domum abijt. ac Veientes quidem uehementer illa afflicti pugna non amplius egrediebantur urbē: sed se continebant uidentes spoliatā regionē.Rex aūt tribus utens incursionibus ac ter omnes Veientes priuans agri sui omnis fructibus, ut desertā ex parte maxima regionē uidit,nec habere se in quo amplius eā lædere,aduersus urbē Cæretanorū duxit exercitū.quæ primū quidē uocata est Agylla, incolentibus eā Pelasgis. sub Etruscis aūt ueniens mutato nomine dicta est Cæreta.Erat aūt ea felix si qua alia in Etruria atq; populosa, exq; ea exiuit exercitus de regione dimicaturus:ac multos quidē perdens hostiū, multoq; ipse plures amittens suorū in urbē refugit,regionēq; obtinētes Romani abunde omnia exhibentē,plures ibi dies absumpserunt.Et ubi tēpus discessus fuit,abducētes quicquid abduci usus alicuius potuit,domū rediere. Tarquinius aūt ubi ei de Veientibus ex sententia successerat, aduersus eos qui Fidenis erant hostes duxit exercitū,eijcere uolens præsidiū,simulq; eos ulcisci cupiēs q Etruscis muros prodiderant.Fuitq; igitur & ex acie Romanis præliū,& in oppugnationibus murorū certamē dutū,captaq; demū per uim urbs ea fuit. atq; uincti præsidiarij milites simul cum captiuis alijs Etruscorum in custodiam sunt traditi. Fidenates autem qui autores uisi fuerant defectionis: alij uirgis cæsi publice sunt decollati : alij exilio mulctati sunt perpetuo, eorumque bona sortiti sunt hi qui erant ex Romanis uel

Egerius

Cæreta

coloni

coloni ûel præſidio urbis relicti. Vltimum uero Romanis atq; Etruſcis præ lium proxime urbem Eretum in agro Sabinorũ fuit. Propter eam enim inſultum in Romanos Etruſci fecerant, perſuaſi ab ijs qui ſe eo loco inimice haberent, militaturos eſſe ſimul cum eis Sabinos. Nam in ſex annos indu ciæ, quę eis cum Tarquinio fuerant, elapſæ iam erant: atq; Sabinorum mul tis deſideriũ inerat ſarciendi priores clades, educata interim in urbibus affa tim iuuentute. Sed non tamen ſucceſſit eis conatus ille ex ſententia, appa rente ſtatim Romano exercitu: neq; contigit ut ulla ciuitatum publico con ſenſu Etruſcis auxilia mitterentur: ſed ultronei quidam eis uenere auxilio, pauci magna mercede conducti. Ex hac pugna longe omnibus quæ inter ſe prius geſſerant maiori, res Romana admirabile incremẽtum cepit, repor tantibus uictoriam eis pulcherrimam, regicq; Tarquinio triumphum ſena tus populusq; decreuit. Etruſcorum uero animi ſpiritusq; cecidere ex una quaq; urbe mittentium uires omnes in hoc certamen, ac paucos quoſdam qui ſeruati ex multis eſſent, ſuſcipiẽtium. Nam eorum quidem alij pugnan tes occiſi erant: alij uero in fuga incidentes in loca aſpera & ſine exitu, ſe ui ctoribus tradiderant. Hac igitur calamitate experta, hi qui in urbibus erant potentiſſimi, prudentium hominum opus ſunt executi. Educente enim aduerſus eos Tarquinio alterum exercitum congregati unà omnes de diſſo lutione belli agere cum eo decreuere. Emittuntq; æuo maximos ex quaque urbe & honoratiſſimos, penes quos eſſet pacis conditionum poteſtas om nis. Audiens autem eos Tarquinius multa differentes ad clementiam mo derationemq; inductiua, atque cognationem quæ eſſet ſibi cum eo genere commemorantes, unum ſolum ſe uelle ait ab eis diſcere, utrum adhuc diffe rentes de æquitate fœderis & uerba quædam de cõditionibus pacis facturi aduenirent: an ſe uictos ipſi cognoſcerent, urbesq; ei permitterent. reſpon dentibus autem eis, ſe urbes ei permittere, pacemq; amplexuros eſſe, quam quibuſcunq; aliquando iuſtis adepti eſſent: lætus ex his Tarquinius, Nũc audite inquit, quibus ego iuſtis diſſoluam bellum, & quę uobis gratis facio: Ego neq; Etruſcorum quenquam occidere, neq; proſcribere, neq; rerum ſua rum ablatione mulctare aliquẽ inſtitui, urbesq; dimitto omnes ſine præſi diijs, minimeq; tributarias, ſui quoq; iuris eſſe: Reicq;p. ſuæ formã ueterem unicuicq; cuſtodire permitto. Hæc dans autem, unum puto oportere pro da tis omnibus adeſſe mihi à uobis principatum urbium: qui meæ tamen fu * turus eſt poteſtatis, uobis etiam nolentibus, ſicuti armis uinco: ſed uolenti bus uobis potius quàm inuitis eo potiri uolo. Nuntiate igitur hæc ciuitati bus: ego autem uobis inducias affuturas donec redeatis polliceor. His acce ptis reſponſis legati abiere, poſtq; paucos dies aderant, nõ uerba ei tãtum afferentes nuda, ſed & inſignia principatus, quibus ipſi reges ſuos adorna bant, apportantes: coronam auream, ſellam'q; eburneam, & ſceptrum ha bens ſuper caput aquilam, tunicamq; purpuream cum ſignis aureis, & ami ctum

Tarquinius princeps urbium Hetruriæ

Tarquinij honores.

ctum purpureum uarium, quales Lydorum reges & Perſarum ferebant, præter q̄ quod nō figura eſt quadrāgulari, ut ſunt illi, ſed ſemicirculari. Talia aūt ueſtimenta Togas Romani, Græci Θήβεννον uocant, unde diſcentes neſcio. Non em̄ mihi uidet̄ græcū hoc nomen eſſe. Vt uero quidam hiſtorici tradidere: tulerūt ei etiā duodecim illas ſecures ſumptas ex urbibus ſingulis ſingulas. Etruſcus mos enim uidebat̄, uniuſcuiuſq̄ urbis Regi lictorē unum anteire, ſecurem ſimul cū uirgarum ferentē faſce. Si uero fieret cōmunis omniū ciuitatum exercitus, duodecim illas ſecures uni tantū tradi, ei ſcilicet qui imperiū in omnes accepiſſet. Non omnes tamē hęc dicētibus aſſentiunt̄: ſed adhuc antiquius, q̄ regnare Tarquinius cœperit, latas eſſe ante reges duodecim ſecures dicunt. Inſtituiſſe aūt hunc morem Romulum ſimul atq̄ imperium acceperit. Nihil tamen prohibet fuiſſe Etruſcorū hoc inuentum, uſumq̄ eo eſſe primum Romulum ab illis ſumpto, & eſſe latas etiam Tarquinio cū ornatibus alijs regalibus duodecim ſecures illas: ſicut & nunc Romani ſceptro & diademate donant reges, uolentes eis poteſtatem confirmare: quamuis iſta etiam non accipientes ab illis, ipſi habeant. His honoribus Tarquinius, non (ut ſcribunt plurimi Romanorum hiſtoricorum) ſtatim eſt uſus, ſed ad Senatū populumq̄ reijciēs cognitionē rei, an hæc eſſent accipienda, poſtq̄ omnes uoluere, tunc ſuſcepit. Dehincq̄ ad ultimum uſq̄ diem uitæ, & coronā tulit aureā, & ueſte indutus eſt purpurea picta, habēsq̄ ſceptrū eburneum, in ſella ſedit eburnea: atq̄ lictores duodecim cū ſecuribus ac uirgis, & ius dicenti ei aſtabāt, & euntē præcedebant. hicq̄ mos etiā [illegible] eum regiam poteſtatē habentibus, & poſt eiectionem regum annuis conſulibus permanſit, præter coronā & ueſtem pictam. Hæc enim ab eis ablata ſunt ſola, onus eſſe & rem inuidioſam uiſa: præterquam cum ex bello uictores redeant, ſintq̄ ipſi à ſenatu digni triumpho habiti. Nam tunc & aurum ferunt, & purpureis ornantur pictis. Bellū igitur quod Tarquinio aduerſus Etruſcos fuit, annos nouem occupans hunc finem habuit. Vna uero relicta gente Sabinorum, quæ de imperio cum Romanis contenderet, uiros habente bellicoſos, regionemq́ue poſſidente multam & bonam haud procul Roma: multam adhibuit Tarquinius promptitudinem ut hos quoq̄ ſubigeret. & indicens eis bellum obijciebat ciuitatibus, quòd eos qui polliciti erant Etruſcis ſi cum exercitu aduenirent, ſe illis patriam ſuam quiſque amicam facturos inimicamq́ue Romanis, cum eos deposceret illi dedere noluerant. Sabini uero læte bellū ſuſcepere, nolentes ijdem potentiſſimis ciuibus priuari. Ac priuſquam in ſe uires Romanorum adueuirent, in illos ipſi educunt exercitum. Rex autem Tarquinius ut audiuit tranſgreſſos Sabinos Anienem fluuium, diripiq́ue ab eis regionem circum omnem, aſſumpta ſecum expeditiſſima Romanorum iuuentute, quàm celerrime potuit eduxit eam in diſperſos ad prædam, multósque eorum occidens prædamq́ue omnem eripiens, uallum prope caſtra hoſtium

De ornatu Regio lectu dignā

Bellum Sabinum

hostiũm posuit. ac dies paucos intermittens,donec ad se reliquæ copiæ ex urbe aduenirent,& à socijs auxilia conducerentur,descendit in planitiem sicuti pugnaturus.quod uidentes Sabini uenientes prompte in certamẽ Romanos,& ipsi suos eduxere,nec numero hostibus,nec uirtute inferiores, ac congressi dimicabant omnem ostendentes audaciam,donec eis solum fuit aduersus oppositos certamen. Postea aduertentes superuenientem sibi à tergo exercitum alterum hostilem magnum, instructa acie incedentem, relictis signis uertuntur in fugam.Erant autem hi Romani homines electi, peditesq; & equites post Sabinos apparentes,quos Tarquinius per noctẽ locis opportunis collocarat.Hosq; uiros timentes Sabini ex inopinato sibi imminentes, nullum amplius generosum ædiderunt opus. sed uelut ducis hostium præuenti solertia atq; calamitate oppressi inexpugnabili,seruare se alij alijs itineribus conabantur.Fuitq; tunc pręcipue multa eorum strages,persequente equitatu Romano & eos undiq; concludente, ita ut paucos admodum ex eis in propinquas urbes seruari contigerit, maiorq; pars quantacunq; pugnando non cecidit in potestatem Romanorum uenerit, neq; enim qui relicti in castris erant,inuasionem superuenientium sibi confisi sunt posse repellere, neq; pugnam tentarunt: sed perturbati illo præter spem malo,sine pugna se hostibus uallumq; tradidere. Vrbes igitur Sabinorum tanquam ducis consilio,neque hostium uirtute,sed dolo priuatę uictoria, ad maiores mittendas uires,ducemq; peritissimum rursus apparabantur.Quod Tarquinius intelligens eorum consilia,propere contraxit exercitum, ac priusquam illi omnes conuenirent, præuenit ipse [illegible] Anienem. Quæ cum audisset dux Sabinorum, exiuit & ipse quanta potuit celeritate, delectas nuper assumens copias: propéque Romanos consedit quodam in colle alto & prærupto, pugnare nolens ante quàm reliquæ Sabinorum uires ad se conuenirent.Sed emittens in pabulatores,infestantésque regionem aliquos semper equites,peditumq; cohortes collocans syluis aut saltibus,arcebat hostes aditu in regionem. Hocqúe belli gerendi more utente eo,multæ quidem congressiones, & per paucos equitum peditumq; leues fiebant: prælium uero totis omnium uiribus nullum. Sicq; extracto tempore ferens eam cunctationem Tarquinius irato animo ad castra hostium statuit copias adducere.Ad quæ sæpius adsultãtibus militibus,postquam ea uidit haud facile ui capi posse ob loci situm,expugnare statuit inopia commeatuum. Atque dispositis præsidijs uijs omnibus quæ ad castra ferrent,atq; lignatum ire pabulatumq; prohibens,multaq; sumere ex regione opportuna,in multam eos deduxit rerum omnium penuriam: adeo ut coacti fuerint obseruata nocte uento imbribusq; hyemali, turpiter è castris fugere, iugaria in eis & tabernacula sauciosq; relinquentes, & apparatum belli omnem. Quod uidentes die postero Romani profectionem eorum,ac potiti sine pugna castris,tabernacula,iumenta,pecuniasq; diripue-

Turpis Sabinorum fuga.

re

re,abducẽtesq; captiuos Romam rediere. Durauit enim id bellum annos quinq; continuos,per quos agrum hostilem utriq; populantes inuicem,& multa parua magnáq; prælia committentes perseuerarunt:raro quidem feliciter rem gerentibus in certamine Sabinis, sæpissimęq; Romanis, donec tandem prælium quo certatum est totis uiribus finem bello imposuit. Sabini etenim non ut antea alij alijs succedentes, sed unà omnes qui militari ætate essent exiuerunt ad bellum: ac Romani quoq; omnes Latinorũ Etruscorum aliorumq; sociorum uires assumentes obuiam iere hostibus. diuidens autem Sabinorũ dux copias bina erexit castra. Rex Romanus tres constituens legiones, totidemq; ponens castra haud multum inter se distantia, Romanos ipse ductabat. Aruntem uero fratruelem suum Etruscorum declarauit ducem. Latinis autem cæterisq; socijs præfecit uirum bello insignem,consilioq; plurimum ualentem, hospitem & sine urbe,nomen erat ei propriũ Seruius, cognomen Tullius. Cui post mortẽ Tarquinij,nulla ei extante uirili stirpe,Romani regnũ urbis permisere,uirũ ipsum admirati uirtute bellica ciuilibusq; præstantem officijs. Genus autem huius uiri & educationem, & casus, & quæ ei diuino numine illustratio affuerit,cum ad eam orationis partem uentum erit,enarrabo. Tunc igitur, ubi utrinq; parata sunt ad certamen opportuna, descenderunt in pugnam. tenuerunt autem sinistrum cornu Romani,Etrusci dextrum,in mediáq; acie collocati sunt Latini.ac durante totam diem certamine, superarunt multo Romani,multos hostium occidentes in pugna uiros strenuos,multóq; adhuc plures capientes in fuga. ac utrorumq; castrorum domini, magnasq; congregantes diuitias,ut qui campestria iam omnia sine metu obtinerent, quæ ferro igni omnibusq; uexabant malis:ubi finis æstatis affuit,deficientes uallum domum rediere: rexq; Tarquinius hunc tertium in dominatu suo ex hac pugna triumphum duxit. Sequenti uero anno iterum parante rege exercitum ad Sabinorum urbes educere,obsidionéq; eas urgere cogitante,generosum nullum consilium, nec animosi aliquid ulla in urbe fuit. sed communi usi omnes sententia,priusquam in periculũ captiuitatis euersionisq; urbium uenirent,bellum soluere cogitarũt:aduenientesq; ex unaquaq; urbe Sabinorum præclari uiri ad regem,qui iam omni cum exercitu exierat muros, se ei tradidere, rogantes uti moderatas faceret reconciliationes. Ille autem deditionem amplectens, sinéq; periculo obedientiam eius gentis,fœdere cum eis icto pacis & amicitiæ, ijsdem conditionibus quibus antea cũ Etruscis,captiuos illis sine precio omnes reddidit. Et hæc quidem actiones bellicæ Tarquinij regis commemorantur. Pacis aũt tales quædam & ciuiles:neq; eã ipsas quoq; pertrãsire indictas uolo. Statim enim ab initio principatus studens ipsi popularem turbam familiarem facere, sicut reges priores fecerant, huiusmodi beneficijs allexit. Electos centum ex omni populo,probatæ belli apud omnes uirtutis, domiq; prudentiæ,

Seruius Tullius

Finis Sabini belli

Actiones regis ciuiles

patricios effecit,& in numerum ſenatorum conſtituit, ac fuere tunc Roma-
Senatores CCC nis ſenatores trecenti, qui antea ducenti fuerant. Deinde etiam ad Veſta-
les à quibus ignis inextinctus ſeruatur, tunc quatuor, duas eligens alias addidit. creſcentibus enim iam ſacrificijs faciendis pro urbe, quibus opus eſt adeſſe ueſtæ ſacras famulas, haud uidebantur quatuor ſufficere. Inci-pienteq; Tarquinio ſecuti ſunt & reges cæteri, & ad ætatem uſq; noſtram declarantur hæ ueſtæ famulæ. Videtur autem etiam ſupplicia quibus pu-niuntur à pontificibus ob incuſtoditam uirginitatem primus ipſe inueniſ-ſe:ſiue excogitãs:ſiue ut putant aliqui parens ſomnijs,quæ poſt illius mor-tem inuenta in ſibyllinis eſſe oraculis enarratores ſacrorum dicunt. Depre-henſa eſt enim regnante eo,ſacerdos quędam Pinaria,Publij filia,interue-niens non caſta ſacris. modus autem quis ſit ſupplicij,quo corruptas puni-unt,declaratum eſt mihi ſuperius. Forum quoq; in quo ius dicunt & contio nes habent, aliasq; res ciuiles peragunt, ornauit idem officinis & tabernis alijsq; ornamentis complectens:ac muros urbis rudibus uilibusq; ſtructu ris ædificatos primus cœpit ſaxis magnis formatis ad regulã extruere. cœ-pitq; foſſas etiam cloacis ducere, per quas fluens ex compitis aqua omni-
Magnifica Vrbis fertur ad Tiberim, mirabilia opera potiori ratione conſtruens. Ego igitur in tribus magnificentiſſimis cõſtructionibus Romanorum,ex quibus ma-xime demonſtratur magnitudo principatus,pono aquæductus,uiarumq; conſtrationes, & cloacarum fabricationes: non ad utilitatem tantum ope-ris mentem adhibens,de qua ſuo dicam tempore: ſed ad ſumptuum lauti-tiam, quam ex uno opere coniectura aſſequetur aliquis, C. Aquilium fa-ciens eius quod dicendum eſt aſſertorem,ait enim neglectis aliquando foſ-
Circus ma-ximus ſis,neq; amplius perfluentibus,repurgationem earum & reſtitutionem lo-caſſe mille talentis cenſores.extruxitq; item circum maximum Tarquinius qui eſt inter Auentinum & Pallantium,circa eum primus faciens ſedilia co operta. Primum enim ſpectabant ſtantes ſub tabernaculis ligneis harun-dinibus aridis fultis. Diuiſitq; locos inter triginta Curias,dãs cuiq; Curiæ partes ſingulas,ita ut in contingenti loco ſedens quiſq; ſpectaret. Debebat
Circi Max. deſcriptio autem cum tempore hoc opus etiam in ualde pulchris admirandisq; ex-tructionibus Vrbis eſſe. Longitudo igitur circi, tria ſtadia cum dimidio, latitudoq; quatuor iugera. circum uero ſecundum maiora latera, & ſecun-dum unum minorum, ſtagnum in ſuſceptionẽ aquarum defoſſum eſt, al-tum latumq; pedes denos. Poſtq; ſtagnum ædificatæ ſunt porticus,tectu-ra triplici. Harum aũt pauimenta habent,ut in theatris, parum ſuperſtan-tia lapidea ſedilia,in ſuperioribusq; lignea. Conducuntur autem in unum & coniunguntur inuicẽ maiores & minores ad figuram lunarem,ita ut fiat porticus una circularis ex tribus, quæ ab uno ſimul omnes uerbere reclu-dũtur octo ſtadiorum, capax hominum centum & quinquaginta milium. Reliquum autem minorum laterum apricum, atq; habet apertum in mo-

dum

dum forficum equorum emissiones,quæ per unum simul omnes stimulum recludũtur. Est autem circa eundem circum extrinsecus alia porticus unius tecturæ,officinas in se habens,& habitationes super eas:per quam sunt in gressus & ascensus uenientibus ad spectaculum iuxta quamq; officinam, ita uti nihil turbet tot milia ingrediẽtium & abeuntium. Mandauit quoq; rex hic,templum extrui,Iouisq; & Iunonis & Dianæ,uotum soluẽs, quod dijs fecerat in prælio aduersum Sabinos ultimo.ac uidens collẽ ubi tẽplum ædificandum erat, multi indigentem laboris (neq; enim erat facile accessibilis,neq; planus, sed abruptus & in acutum eductus) uerticẽ sudibus magnis undiq; circunsepiens, multumq; ruderis in locum inter sudes ipsas & uerticem inferens,conatus est æquabilem fieri, & ad susceptionẽ sacrorum aptissimum.Fundamenta autem iacere templi non anticipauit,uiuens ipse * post dissolutionem belli aduersus Sabinos quadriennium. Multis autem post annis rex tertius ab eo Tarquinius,qui principatu excidit,fundamenta iecit, multumq; in ædificio operatus est. sed ne ipse quidẽ perfecit opus, sed sub annuis magistratibus,tertio anno consulatũ gerentibus,perfectum est fanum.Dignum est autem ea quoq; quæ ante hunc apparatum contigerunt enarrare,tradita ab omnibus qui gẽtiles collegerũt historias. Cum esset igitur Tarquinius fanum extructurus,conuocatis auguribus iussit eos de loco ipso primum augurari, quisnam esset Vrbis locus maxime conserari idoneus,dijsq; ipsis gratissimus. Demonstrantibus autẽ eis superpositum foro collem, qui tunc Tarpeius nunc Capitolinus uocatur, iussit eos *Mons Capitolinus* augurantes rursus dicere,quo in loco oporteret collis ipsius fundamenta iacere.erat enim istud haud ualde facile,cũ multæ essent in eo aræ deorumq; & Geniorum parum inter se distantes,quas aliò transferre oporteret in locum aliquem,& omne dari futuro deis fano pauimẽtum. Visum est igitur auguribus, ut de unaquaq; ara deos ipsos consulerent an se moueri concederent.ac dei quidem cæteri, Genijq; permisere suas aras in alia transferri loca. Terminus autem & Iuuenta, multa excusantibus uatibus & precantibus,minime annuerũt,neq; cedere uoluerunt locis.Sunt tamen aræ eorum *Terminus Iuuenta* comprehensæ in constructione templorum. & est quidem nunc altera in Dianæ antetemplo plaudi proxima. ex hocq; coniectarunt uates quod * Romanæ urbis Terminos, neq; tempus dimoueret ullũ, neq; robur transferret, & usq; ad hanc ætatem meam utrunq; horum est uerum,quartam iam & uicesimam generationem. Augur autem omnium clarissimus, aras transferens,& templo Iouis locum cõsecrans, aliaq; prædicens populo per diuinationem, proprio quidem nomine & quo appellabatur, uocatus est Neuius,cognationis autem nomen erat Actius: quem fuisse deo dicunt o- *Neuius* mnium dilectissimum, qui eam artem subtilissime tractarent, ac propter eam maximo potitum nomine, incredibiles quosdam excessus auguratonis demonstrãte eius scientia. Quorum ego unum depromẽs maxime ad-

mirabile dicam,ex quo progrediens casu,& quam facultatem sumens à nū mine, tantam habuit illustrationem ut inhonoros omnes demonstraret, qui ea ætate erant augures. Pauper ipsi pater fuit, fundumq; colens uillæ, cui & in cæteris adiutor erat puer Neuius, quęcunq; illa uis ætasq; ferrent, & propellens pastum sues custodiebat. Sopitus autem aliquando, & post experrectionem non inueniens suum aliquas,primum quidem fleuit, horrens à patre uerbera:deinde uadens ad tugurium consecratum eo loco Heroibus, postulabat eos sibi adiutores esse ad inueniendum porcas. quod si fieret, pollicebatur eis ex uuis fundi sui maximam. Paulocq; post sues inueniens, uolebat quidem quod Heroibus uouisset reddere, in multa uero erat anxietate,nequiens uuam maximam inuenire.Hincq; mœrens postulabat à dijs, ut per auguria sibi clarum facerent quod quærebat.Deinde uenit in mentem diuino numine,ut in duas diuideret partes uineam: partem eius alteram à dextera,alteram à sinistra capiens,deinde super utranq; partem adiacentia specularetur auguria. Apparentibus autem ei ab alterutra parte alitibus peruadens demonstratam uineam,uuam inuenit,rem quandam incredibilē: ferensq; eam ad Heroum casam,uidetur à patre. cui quidem admiranti uuæ magnitudinem, & unde eam sumpsisset percontanti, narrat Neuius omnia à principio. Ille autem suspicatus,id quod erat,naturalia inesse quædam puero initia diuinationis, ferens eum in urbem apud præceptores litterarum collocat. & ubi communem eruditionem abunde suscepit,uiro ipsum tradit Etruscorum omnium peritissimo docendum artem augurandi. Habens autem insitam à natura diuinādi artem Neuias, & possessam ab Etruscis assecutus, longe demum alios augures omnes (ut dictum est)superabat:& in omnes publicas consultationes Vrbis augures, & si non erat ex collegio,eum aduocabant,ob felicitatē diuinandi:nec quicquā prorsus, quod non ei uisum esset, enuntiabant. Hicq; Neuius uolenti aliquādo Tarquinio tres alias designare Tribus,ex electis prius ab se equitibus,& impositas Tribus ipsas suas facere,& ab amicis suis denominatas, solus contradixit perseueranter, haud mouere quicquam sinens ex constitutis à Romulo. Ægre uero prohiberi se rex ferens, & iratus Neuio, scientiam eius conatus est ad nihilum redigere, ut iactabundi neq; ueri quicq; dicentis. hæc cum cogitasset euocat Neuium ad tribunal, cum multa esset in foro turba,præmonitis qui circum se erant,quo modo falsum uatem demonstrare augurem ipsum opinabatur. & ubi Neuius affuit comibus eum salutationibus suscipiens, Nunc est, inquit, tempus Neui tibi ostendendi subtilitatem scientiæ diuinandi. actionē enim aggredi magnam cogitans, an & fieri possit discere à te uolo.abi itaq;,& per auguria exquirens redi cito,ego autem sedens hic expectabo.Executus est iussa uates,paulocq; post aderat,prospera auguria suscepisse dicens, possecq; perfici actionem ipsam declarans.Ridens autem ad hunc sermonem Tarquinius,& prolata è sinu

Neuius augur suum custos

Neuij auguris encomium

nouacula

nouacula & cote, dicit ei, deprehensus es Neui nos decipiens, numenq; mentiens aperte: quandoquidem res impossibiles ausus es possibiles dicere. Ego enim diuinare te uolui, an hac nouacula feriens ego cotem hanc mediam sim discissurus. Secuto autem risu omnium, qui tribunal circunstabant, nihil perturbatus Neuius ex hac irrisioneq; & tumultu, Feri fidens, inquit, Tarquini, cotem ut prædixisti, & diuidetur. quod si non fiat, sum paratus quiquid uis pati. Admiratus autem fiduciam uatis Tarquinius, fert nouaculam contra cotem. Ferriq; acies transiens per totum lapidem, cotem diuidit, partemq; manus etiã quæ eam tenebat secuit. Atq; alij quidem omnes, ut admirandum hoc & incredibile spectarunt opus, stupefacti exclamarunt. Tarquinius autem erubescens ex hac tentatione artis, uolensq; indecoram exprobrationem corrigere, primum quidem conatu illo circa Tribus suo abstinuit. deinde Neuium colere instituens, ut omnium hominum deo carissimum, & alijs comitatibus complexus est, & ut æterna apud posteros memoria potiretur, statuam fabricans ei æneam in foro posuit: quæ adhuc usque ad me erat ante curiam iacens, propè sacrum templum, homine mediocri minor, amictum super caput habens. Parum autem ab ea distans, & cos ipsa, & nouacula insculpta dicitur sub ara quadam subterranea. Vocatur autem locus à Romanis puteus. & quæ de uate isto memoriæ mandata, hæc sunt. Rex autẽ Tarquinius prohibitus iam bellicis operibus ob senectutem (erat enim iam octogenarius) dolo interfectus à filijs Anci Martij moritur, conatis quidem adhuc prius illis eum regno eijcere, sæpiusq; hoc animo uoluentibus ob spem cessuri cadente illo in se dominatus, ut paterni ipsius atq; facillime à ciuilibus uiris tradendi. Postea uero quàm spe exciderunt, insidias in eum ineuitabiles sunt machinati: quas nequaquam impunitas esse numen uoluit. Narrabo autem etiam insidiarum modum. Neuius is quem dixi obstitisse aliquando regi uolenti plures ex paucioribus Tribus facere, tunc cum maxime florebat arte, unusq; plurimum Romanorum omnium poterat, augur existens gratuis, siue occisus ab aliquo artis illius æmulorum, siue insidijs inimicorum, siue aliud quodcunq; passus, inapparens fit subito: neq; mortem eius poterat cognatorum aliquis coniectura assequi, neq; corpus inuenire. Dolente autem Populo, ferenteq; grauiter hunc casum, suspicionesq; multas aduersum multos concipiente, animaduertentes impetum multitudinis filij Martij, in Tarquinium regem calumniam pollutionis referebant: aliud nihil afferendum ad calumniam habentes nec coniecturam nec signum, sed duobus his uerisimilibus crimen confirmantes: quod multa cogitans & cõmunia in Rep. præter æquum agere Tarquinius, eum qui ut antea obstaturus esset, è medio tollere uoluisset. deinde quia hoc graui casu incidente, nullam faceret huius facinoris inquisitionem, sed negligentiæ rem gestam dederat, quod non utique fecisset aliquis eorum, qui extra noxiam

Miraculum

Vide T. Liuium. lib. 1. De cadis. 1. et Valerium Ma. lib. 1. capite 4.

*

Tarquinius moritur

essent. Paratis igitur magnis circum se sodalitatibus patriciorumq; & plebeiorum, quibus opes suas largiebantur, Tarquinium uehementer accusabant. admonebantq; Populum, ne sceleſtum hominem negligeret, afferentem manus sacris, inquinantemq; poteſtatem: ne gentilem quidem suum, sed aduenam quendam ipsum, & sine patria. Talia per forum contionantes uiri procaces, nec ad dicendum inualidi, multos irritarunt plebeios, qui aduenientem in forum Tarquinium conati sunt abigere, ut nō purum: sed non tamen expugnare potuerunt obluctantem ueritatem, neque Populo persuadere, ut eum regno ejicerent. nam ubi ipse se præclare excusans diluit criminationem, & causam eius agens Tullius, cui alteram filiarum dederat, plurimum apud populum potens, in misericordiam Romanos adduxit, calumniatores illi maliq; apparentes cum pudore abierunt è foro. Hac igitur re male experta excidentes, & reconciliationem inimicitiarum per amicos adepti, rusticitatem eorum moderate ferente Tarquinio ob patris eorum merita, pœnitentiamq; satis esse putante, corrigentibus petulantiam, annos tres permanserunt in simulatione amicitiæ. deinde ubi tempus uisum est idoneum, dolum in eum huiusmodi machinantur. Iuuenes duos ex coniuratis audacissimos, pastoralibus induentes stolis, falcibusq; armantes ad syluas cædendas aptis, mittunt ad ædes regis de die media, edoctos probe quid dicere oporteret, modumq; insidiarum omnem. Hi prope regiam cum essent, male sibi inuicem dicentes, ut iniuria accepta, ne manus quidem à corporibus abstinebant: uoceq; utentes magna, regis sibi auxilium utriq; aduocabant, astantibus eis plerisq; coniuratorum agrestium, sermonem indignantium utriusq; & obtestantium. Vt aūt intrò uocatos eos iussit rex dicere, quibus de rebus inter se differrēt, caprarum causa litigare simulabant: clamantesq; simul & perturbati more rustico, nihil ad rem dicentes, multum extorserunt ab omnibus risum. Vt autem ex eo quod despicerentur uisi sunt sibi tempus sumpsisse insidiarum opportunum, per caput regis falces ferunt, & hoc gesto extra fores fugiebant. Clamore autem ex hoc casu orto, multoq; occurrente auxilio nequeuntes effugere, comprehenduntur ab ijs qui persecuti erant: posteaq; cruciatibus torti, coactiq; principes insidiarum indicare, conuenienti supplicio potiti sunt cum tempore. Ac rex igitur Tarquinius non paruorum, neq; pauco rum bonorum Romanis autor, annos octo & trigin ta regnans: sic moritur.

Tullius

Insidiæ in Tarquinium

ARGVMENTVM LIBRI IIII

Quartus liber Romanarum antiquitatum comprehendit gesta à Ser/tio Tullio, post Lucium Tarquinium imperante: & à Lucio Tarquinio Superbo, ultimo Imperium obtinente. Tempus autem res eorũ gestas complectens, anni nouem & sexaginta.

REX igitur Tarquinius non paruorum nec paucorum bonorum Romanis autor, annos octo & triginta regnans sic moritur, duos relinquens filios paruulos & duas filias uiris in matrimoniũ datas. Successor autem in regno ei fit gener ipsius Tullius, anno quarto quinquagesimæ Olympiadis: qua uicit in stadio Epitelides Lacon, imperante Athenis Archestratide, de quo tempus est iam dicendi, quæ à principio reliquimus: ex quibus natus est parentibus, & quas demonstrauit actiones priuatus adhuc, & antequam ad summam potestatem perueniret. Quæ igitur de genere eius dicuntur quibus maxime ego fidem adhibeo, hæc sunt. In Corniculo urbe Latinorum gentis, uir quidam regij generis Tullius nomine mulieri coniungitur Ocrisiæ pulcherrimæ prudentissimæq; Corniculi mulierũ. Ipseq; igitur Tullius, cũ urbs ea capta est à Romanis pugnãs moritur: Ocrisiamq; prægnantẽ excerptã ex præda Tarquinius rex capit, datq; uxori donum. Intelligensq; illa omnia de hac fœmina, haud multo post liberam facit, ac præ cæteris mulieribus diligens eam maxime & honorãs perseuerauit. Ex hac aũt Ocrisia adhuc serua puer nascitur: cui mater cũ educaret imponit propriũ & cognationis nomen à patre Tullius, appellatiuumq; Seruius à fortuna propria quod eum seruiẽs periisset. Essetq; cõuersus in Græcam linguã Seruius δούλιος. Fert alius quoq; cõmẽtarijs huius gẽtis de genitura eius sermo, ad fabulosum extollens ea quæ de ipso, quẽ quidẽ in multis Romanis historijs inuenimus, si & deis & laribus amicus dicit, talis. Ab ara regũ super qua & alia peragunt Romani sacrificia & primitias cœnarũ sacrant, ortum esse super ignẽ penem dicunt, spectasseq; hunc primã Ocrisiam, ferentẽ ipsam ut consueuerat super ignẽ ramulos: ac cõfestim euntem ad regemq; & reginã hoc narrasse, atq; Tarquiniũ audientẽ uidentemq; monstrum mirabundũ constitisse. Tanaquilem aũt, cum in cæteris sapientem, tum uero in diuinatione nemini cedentẽ Etruscorũ, astantẽ dixisse regi portendi genus futurũ ab ara regia melius cẽq; ex natura humana, ex cõmistione mulieris cum monstro. Quæ cum alij quoq; prodigiorũ inspectores declararẽt, uisum esse regi eã, cui primæ monstrũ ipsum apparuerat in consortium ei ire. posteaq; cõptam mulierẽ, quemadmodũ consuetudo est nubentes comi, cõclusam esse solam in id cõclaue, in quo uisum erat monstrũ: commixtoq; ei aliquo uel deorum uel larium, & post coitum non apparente, siue

Olympias 50 Tullius VI Romanorum Rex

Seruius Tullius

te,siúe Vulcano,ut putant, siue aliquo Heroe domestico,grauidam mulierem factam temporibus congruis Seruium peperisse.Hanc fabulam haud multum credibilem apparentem, altera quædam illustratio in eo uiro mirabilis & inopinata, minus incredibilem facit. Sedente enim ipso aliquando circiter diem medium in sponsali regum cubiculo: ignis super caput eius effulxit: idq; mater & regis uxor ambulantes per cubiculum ipsum spectarunt, & quicunq; cum his fœminis eo loco tunc astabant: perstititq; eo usque flamma caput eius totum collustrans, donec ipsum accurrens mater excitarit. Simulq; cum somno flamma tunc dispersa euanuit. Et hæc quidem quæ de genere eius dicuntur, sunt talia. Quæ uero ante principatum gessit narratu digna, ex quibus ipsum admiratus est Tarquinius Po-

Seruij laudes

pulusq; eum Ro. secundo post regem honore dignatus est, sunt huiusmodi.Puer adhuc primo bello, quod Tarquinius cum Etruscis gessit, collocatus inter equites ita pulchre uisus est decertare,ut in fama statim fuerit,primusq; omnium præmia fortitudinis acceperit. Deinde altero cum eadem gente bello prælioq; durissimo apud urbem Eretum, strenuissimus omnium apparens coronis rursus uictoriæ ornatus est à rege:annosq; natus uiginti fermè idem auxiliorum omnium dux est designatus quæ Latini miserant: atq; unà cum rege Tarquinio,Etruscorum cõsecutus est imperium. inq; bello cum Sabinis primo dux equitum creatus auertit hostiles equites, & usque urbem Antemnas excurrens, præmia quoq; ob uirtutem ex hac pugna tulit. alijsq; multis prælijs decertans aduersus eandem gentem, nunc equites nunc pedites ductans, magni in omnibus animi apparuit, primusq; ante alios coronabatur. Et ubi tandem ea gens ad deditionem uenit tradens urbes Romanis, huius etiam ipse principatus autor præcipuus Tarquinio uisus, uictorialibus coronis inductus est ab eo. Erat idem quoq; curandis probe rebus publicis prudentissimus,& ad eloquenda item consilia sua nemine inferior, tum ad conueniendum cum fortuna omni moribusq; aptissimus. Propterq; ista dignus uisus est Romanis qui à plebe ad patricios transferretur, ferentibus eis suffragia sicut antea de Tarquinio, & ante eum etiam de Numa Pompilio. Rexq; eum sibi generum fecit: alteram ei filiarum despondens: atque omnia quæcunque per se ipse per morbos aut per senectutem nequiret exequi,hunc agere concedebat:non domum modo propriam permittens,sed rerum etiam publicarum administratione eundem dignans. in quibus omnibus exploratus est,fidusq; & iustus,nihilq; interesse populares putabant, utrũ ille an Tarquinius Remp. administraret, ita meritis ab eo afficiebantur. Erat enim hic uir ingenij abunde ad principatum idonei,& à fortuna habens multas magnasq; opportunitates. Vbi igitur Tarquinium mori contigit ex insidijs filiorum Anci, recuperare uolentium paternum imperium (ut in superiore declaratum est libro) opinatus ille à rebus ipsis se uocari ad regnum,

uir

uir promptus & alacer, haud paſſus eſt è manibus eam occaſionem elabi. Adminiſtra autem confirmansq; ei regnum, omniumq; bonorum cauſa erat mortui regis uxor, cum fauens genero, tum ex multis diuinationibus cognoſcens, fatale eſſe illi uiro regnare Romæ. Erat autem filius ei iuuenis multo ante mortuus, pueros relinquens ex ſe duos paruulos. Cogitans igitur ipſa domus ſolitudinem, atque ſolicita ne occupantes regnum Martij, pueros interficerent: omnemq; perderent cognationem regiam: primum quidem regiæ fores clauſit, impoſuitq; cuſtodes iubens uti neminem ingredi, egrediue permitterent: deinde omnes exire iubens è cubiculo ubi Tarquinium ſeminecem collocarant, Ocriſiam autem & Tullium & filiam ei nuptam ſuam retinens, & afferri iubens pueros à nutricibus, apud eos ita loquitur. Tarquinius rex noſter Tulli per quem uictus eruditionisq; potitus es, te ille unum amicorum omnium cognatorumq; honorans, impia paſſus expleuit ſortem ſuam fatalem, neq; aliquid de rebus proprijs diſponens, neq; aliquid de publicis ciuilibusq; proſpiciens: ſed nec aliquem noſtrorum appellare, nec ei ualens ultimam ſalutem dicere, hos pueros deſertos orbos miſerosq; reliquit, periculum incurrentes de uita non minimum. Nam ſi ſub Martijs, qui auum ſuum interfecere, res Vrbis uenient, * ab eis illi miſerrimo perdentur modo. nec uobis tuta quoq; futura eſt uita, quibus filias ſuas Tarquinius in matrimonium dedit, illos deſpiciens, ſi quidem interfectores eius imperium obtineant: neq; alijs amicis eius & cognatis, neq; nobis fœminis miſeris: ſed nos omnes aperte & clam perdere conabuntur. Hæc igitur conſiderantes nos, opus eſt minime negligere eos, qui illum occiderunt impie, & inimicos nobis tantum imperium poſſidentes: ſed ire obuiam & prohibere, nunc quidem fraude & dolo utentes, horum enim in præſentia res indiget: quando uero nobis prima ex ſententia ſucceſſerint, tunc & palàm totis uiribus & cum armis, ſi expediat prodeuntes. Volentibus autẽ nobis nunc agere quæ oportet, hæc expedit. Primum quidem occultemus regis mortem: & apud omnes faciemus efferri adeſſe nullum letale uulnus, dicereq; nobis medicos ſe eum diebus paucis bene ualentem oſtenſuros. Deinde egò pergẽs in publicum dicam multitudini, tanquam iubente Tarquinio: q; is omniũ curatorem declarat & cuſtodem domeſticarum rerum & publicarum, donec ipſe ex uulneribus conualeſcat, alterum è generis ſuis: nominans te Tulli. Erit enim non ingratum Romanis procurari à te publica, à quo ſæpe iam & prius ea ſunt adminiſtrata. Quando autem hoc periculum præſens diſcuſſerimus (Nihil enim erit amplius inimicorum ualidum rege uiuere nuntiato) aſſumens tu faſces ſimul & armorum poteſtatem, euoca eos ad populum qui Tarquinium interficere cogitarunt, à filijs Martij incipiens: imponéque eis pœnam, capitali afficiens ipſos omnes ſupplicio, ſi iudicium ſubeunt. quod ſi iudicium relinquant, quod illos magis facturos puto, exilio mulctatis eis perpetuo

Oratio Tanaquilis ad Seruium Tullium

petuo & bonorum publicatione confirmaueris iam imperium: appellatio-
nibus interim blandis & comibus multitudinem ſuſcipiens, & ſumme ca-
uens ne quid iniuſti fiat: ciuesq; pauperes beneficijs donisq; ſubducens:
deinde quando tempus nobis uiſum fuerit, tunc periſſe dicemus Tarqui-
nium, ſepulchrumq; ei faciemus palàm. Iuſtum autem eſt Tulli qui nutri-
tus ſis à nobis & eruditus, omniumq; bonorum particeps, quæcunq; filij à
matribus patribusq; accipiunt, & filiæ uir factus noſtræ: ſi rex mea cauſa
fias, quæ in hoc tibi ſuffragor, te his puerulis beniuolentiam patris impar-
tire, & cum ipſi uiſi fuerint & adminiſtrandis publicis idonei maiorem ho-
rum deſignare Romanorum principem. Hæc cum dixiſſet utrunq; puero-
rum iaciens in generi filiæq; gremium, multumq; commouens ex utriſq;
miſericordiæ, ubi tempus fuit egreſſa eſt cubiculum, mandans eis qui rema
nebant, ut apte omnia quæ ad curationem congrua eſſent facerent, con-
uocarentq; medicos: intermittensq; eam noctem concurrente poſtridie
ad regiam turba multa proceſſit in publicum: aſtansq; pro foribus ijs, quæ
ferebant ad compitum id quod ante eas, primum quidem patefecit aſtan-
tibus eos qui eſſent regi necem machinati: & qui miſſi ad id opus ab ipſis
eſſent adduxit uinctos. Deinde ubi multos uidit cõplorantes hunc caſum,
& ijs qui peregiſſent infenſos: poſtremo dixit nihil actum his inſidijs eſſe,
ipſis nequeuntibus Tarquiniũ interficere, amanter aũt ſuſcipientibus omni
bus eum ſermonẽ, Tullium tunc eis ſiſtit, ut à rege delegatũ curatorem om
nium publicarũq; & propriarũ rerum, donec ipſe cõualeſceret, abijtq; tum
lætus populus, ſi nihil graue rex paſſus eſſet: diuq; permãſit eam opinionẽ
habens. Tullius aũt manũ habens circũ ſe ualidã, & lictores educẽs regios,
proceſſit in forũ. proclamariq; iuſſit, præſto adeſſe Martios ſubituros iudi
cium, qui ubi minime affuere, mulctãs eos exilio perpetuo, bonaq; eorum
publicans, ſine metu iam Tarquinij regnũ occupat. Volo aũt ſiſtens in-
terim quæ ſequunt, cauſas reddere, ob quas neq; ſim aſſenſus Fabio, neq;
alijs hiſtoricis, quicũq; filios fuiſſe hos pueros à Tarquinio relictos ſcribũt:
ne me aliqui ex his, qui in illorum inciderint hiſtorias, uane ruditerq; agere
exiſtiment, haud filios ſed nepotes fuiſſe ſcribentem hos pueros. Omnino
enim incircũſpecte & negligenter hi qui de his ſcripſerũt hanc ediderũt hi-
ſtoriã, nihil exquirentes eorũ quæ ipſam improbent impoſſibiliũ & abſur-
dorum, quorũ ego unumquodq; conabor paucis manifeſtũ facere. Tarqui
nius enim ex Etruria demigrat transferens totam domũ ea ætate qua præ-
cipue cõtigit ſapere. Nam & qui tractaret ciuilia magiſtratusq; gereret, ad
miniſtraretq; iam publica, dignus fuiſſe traditur, ut qui ideo emigrationem
illam fecerit Tarquinijs, quod nullius in urbe eſſet honoris particeps. Alius
igitur eum aliquis triginta ſaltem poneret annos natũ, cum ex Etruria pro-
fectus eſt. ab hac enim ætate leges, ut frequentius, euocant uolentes eſſe
in magiſtratu, publicaq; adminiſtrare. ego uero quinq; annis iuniorem

Tarquinium ſuperbum nepotem fuiſſe priſci

pono

ponio, facioq; eum circiter quintum & uigesimum ætatis annum domo ex cedentem. Quod enim uxorem Etruscam uiuo adhuc patre duxerit, confi tentur omnes, qui Romanas conscripserunt historias. Aduenit autem Ro mam regnante Anco Martio circiter annum regni eius primum, ut scribit Gellius. sed ut Licinius circiter octauum. Sit hoc igitur ut aduenerit eo an no quo uult Licinius, nec antea: posterius proculdubio non aduenit. Nam nono anno regni Anci, Magister equitum à rege ad bellum contra Lati nos mittitur, ut hi scribunt utrique historici. Si igitur aduenit Romam uiginti quinque annis haud maior, & Anco regi octauo regni eius an no amicus factus, decem & septem annos apud eum reliquos cõmoratus: cum quatuor & uiginti annos regnarit Ancus, annos uero octo ipse & tri ginta (ut fatentur omnes) octogenarius erat cum mortuus est Tarquinius. Ex hac enim computatione annorum colligitur hic numerus. Vxor autem eius quinquennio (ut par est) minor ad septuagesimum quintum annum utiq; peruenerat, cum mortuus est Tarquinius. Si hæc igitur iuniorem fili orumq; ultimum peperit quinquagenaria (ultra enim hoc tempus non parit mulier, sed est hic eis dolorum terminus, ut qui ista perscrutantur scri bunt) non hic utiq; minor annis quinq; & uiginti erat cum pater obijt. Lu cius autem frater senior haud minor septem & uiginti. Non reliquit igitur paruulos cum decessit Tarquinius filios ex hac uxore natos. At si quidem uirilis fuissent ætatis filij, neq; pater interisset, neq; misera mater adeo erat impia, ut descendisset ad auferendum filijs proprijs principatum, quem eis pater reliquisset, alieno ipsa seruæq; filio gratificans. sed nec filij ipsi pri uati paterno regno, tam facile eam iniuriam negligenter uterq; tulissent, in præcipua illa præsertim dicendi agendiq; maturitate. neq; enim nobilitate generis præcellebat eis Tullius, neq; ætatis dignatione multum differebat, sed tribus tantum annis fuisset altero eorum senior, ita ut non cessuri ipsi regno ei sponte uiderentur. Habet item hæc res alia absurda quædam quę scriptores Romani omnes ignorarunt, præter unum, cuius paulopost no men dicam. Confessum enim est quod post mortem Tarquinij susciplens Tullius imperium id annos quatuor & quadraginta obtinuit, ita ut si eo tempore, quo priuatus est regno Tarquiniorum senior, septem & uiginti fuisset annorũ, supra annum septuagesimũ futurus fuerit cum Tullium in terfecit. At uero ipsum in robustissima tunc ætate fuisse scriptores tradunt, aiuntq; ipsum attollentẽ Tullium è Curia atq; ferentem extra per crepidi nes effudisse. regni autẽ eius eiectio fit deinde anno quinto & uicesimo, & hæc quidẽ militante eo aduersus Ardeates, ubi agens per se ipse opera om nia inducit. non habet aũt uerisimilitudinẽ aliquã exquiri in bellis corpus hominis, q annos uixerit sex & nonaginta. ac regno quoq; excidens adhuc bellũ cũ Romanis gessit, haud minus annos quatuordecim, rebus ipsis (ut dicũt ijdẽ) interueniẽs. Extra igit cõmunes opiniões omniũ est uitæ quoq;

eius

eius ſpacium. Maior enim demonſtratur centum & decem annis: quã longitudinem uitæ nõ ferunt regiones noſtræ. Horum itaq; abſurdorum conſcij ſcriptores aliqui Romanorum, abſurdis alijs conati ſunt ea diſſoluere, non Tanaquilem paruulorum matrem afferentes ipſi, ſed quandam aliam de qua nullam accepimus hiſtoriam, intempeſtiueq; item fiunt Tarquinij nuptiæ paruo minoris annorũ octoginta, nec eſt item liberorũ procreatio ad eam ætatem hominum credibilis. Neq; enim orbus erat, ita ut cuperet omnino filios, ſed duo erãt ei filiæ & ipſæ quidẽ iam nuptæ. Horum itaq; impoſſibiliumq; & incongruorum unaquæq; conſiderans, non filios Tar-
L. Piſo quinij hos pueros, ſed nepotes fuiſſe ſcribo, L. Piſoni Frugi aſſentiens. ille enim in annalibus ſolus hoc ſcripſit. niſi utiq; natura quidem erant nepotes regis pueri, arrogatione autem filij. & hæc cauſa fuit erroris cæteris, qui Romanas conſcripſerunt hiſtorias. Verum his præmiſſis tempus eſt regrediendi ad intermiſſam narrationem. Poſtquam igitur ſuſcepta procuratione regni, & expulſa Martiorum factione, Tullius iam ſibi firmum ac ſtabile ratus eſt Imperium: Tarquinium regem ſicuti nuper mortuum ex uulneribus ſumptuoſe efferens, monumẽti inſignis extructione, alijsq; honoribus exornauit: dehincq; uelut curator regij generis puerorum, uitæ eorum priuatè, ſimulq; rerum ciuitatis publicarum cuſtodiam curamq; ſuſcipiebat. Quæ res patritijs minime ad uoluptatem erant, ſed ringebantur ferebantq; ægerrime, indignantes ipſum regiam ſibi quandam poteſtatem per ſe machinari: nec ſenatu decernente nec cæteris ex lege perfectis. Conuenientesq; ſæpe qui plurimum ex eis poterant, inter ſe de diſſolutione regni præter leges diſputabãt. Viſumq; eſt eis, ut quamprimum uocarentur in ſenatum à Tullio, faſces cæteraq; Imperij inſignia deponere eum cogerent, quo peracto, interreges crearent, per quos reges eligerentur ex lege.

Oratio Tullij ad populum

Hæc cum audiſſet Tullius cogitantes eos, ad complectendos colendosq; ciues pauperes cõuerſus eſt, ſperans per eos ſibi principatum obtinẽdum. aduocataq; in cõtionem multitudine, & productis ſuper pulpitum pueris huiuſmodi orationẽ habuit. Multa me coegit neceſſitas Quirites ut curam horum ſuſciperem puerulorum infantium. Auus enim eorum Tarquinius orbum me ſineq; patria ſuſcipiens educauit, nihilo inferiore cultu, quàm filios ſuos proprios, filiarumq; alteram mihi uxorem dedit, perq; omne uitæ tempus tanquam filium honorans, ut ſcitis, amansq; me perſeuerauit. atq; poſtea quàm illa ſibi per inſidias accidere, mihi ſiquid humanitus pateretur, filiorũ curam credidit. Quiſnã igitur aut erga deos pium me aut erga homines iuſtum opinabitur, ſi hos relinquo prodoq; orbos, quibus tantam debeo gratiam? Sed neq; ego meam ipſius fidem prodam, neq; ſolitudinem puerorum pro uiribus meis deſeram. Eſtis autẽ digni & uos, qui beneficiorum minime obliuiſcamini, quæ in Remp. cõtulerit horum auus, tot uobis urbes ſubijciens Latinorum, affectantes ipſas imperium, dictoq;

audientes

audientes faciens Etruscorum omnes,qui plurimum ex finitimis poterant: gentem quoq; cogens Sabinorum obnoxiam uobis fieri,multis ea cum periculis magnisq; perficiens. Donec igitur uixit conueniens erat uos ei meritorum debere gratiam. Postq; ubi uita excessit æquum est filijs remunerationem persoluere,neq; unà cum corporibus,defodi etiam benemeritorum hominum officiorumq; ipsorum memoriam. Videmini igitur omnes communiter tutores pueris relicti esse, stabilitoresqúe ipsis eius quod reliquit auus imperij. Neq; enim tantū perciperent ex meo unius patrocinio,quantum quidem ex communi uestrum omnium auxilio. Hæc autem uobis coactus sum dicere, sentiens conspirantes quosdam aduersus uos, uolentesq; alijs imperium hoc tradere. Censeo autem æquum esse,etiam uos Quirites discriminum meorum memores,quæ pro imperio decertās subij,neq; paruorū neq; paucorū,de quibus nihil sum apud scientes uos dicturus,si quas pro his mihi debeatis gratias,puerilis his reddere. Non enim mihi ipsi parans imperium proprium, quo neminem me minus uellem potiri dignum, sed opem ferens Tarquinij soboli sum ad rem publicam administrandam promotus. Supplex autem uobis fio,ne orphanos relinquatis,nūc quidem ipsos de imperio periclitantes, sed si conatus primus hostibus ex sententia successerit,urbe quoq; expellendos. Cæterum de his tanquam cognoscentibus uobis quid oporteat, & facturis quæcunque conuenit, non opus est ut plura dicam. Quæ uero ipse conferre in uos beneficia instituí, & quorū causa concionem aduocaui,audietis nūc à me. Quibuscunq; enim uestrum ære alieno oppressis,neq; id dissoluere ualentibus ob paupertatem, uolens ego his omnibus auxilior, quandoquidem sunt ciues,multosq; pro patria tolerarunt labores: ne propria priuentur libertate, hi qui communem seruant, do equidem ut debita meis pecunijs dissoluant. Quicunque uero posthac mutuas sument pecunias,abduci eos ob debita nō sinam,sed lege sanciam,ne quis pecunias det mutuas in corpus liberū, satis esse ducens creditoribus,si conferentium bona habeant. Atq; ut collationes ipsas in publica, ob quas tenuiores grauantur,cogunturq; æs alienum sumere, deinceps leuius feratis,æstimare res omnium iubebo,& pro censu suo conferri,id quod cuique obuenit,sicut fieri audio in maximis benéq; constitutis ciuitatibus. Iustum autem hoc & utile reipublicę existimo,ut multa quidem possidens, multa conferat: pauca uero habens,pauca. Videtur mihi quoq; ut publicū agrum quē uos quæsistis armis,non impudentissimi,ut nunc,teneant,neq; gratis permissum eum,neq; emptum:sed ex uobis ij qui sortem nullam habent: ne mercede seruiatis,qui estis liberi: neúe ijdem alienos, sed proprios colatis agros. Nunquam enim inuadi possent generosi spiritus in homine egente rebus quotidie necessarijs. Præter hæc autē omnia,cogitaui æquam communemq; cōstituere Reip. formam,& esse omnibus aduersum omnes iusta paria. In hoc enim contumaciæ quidam ueniunt,ut æquum censeant,

se iniuriã popularibus facere, neq; liberos uos pauperes ducere. Vt aũtem pariter iusta recipiant sustineantq; cũ minoribus maiores, leges equidem ponam æquas, uiolentiæ prohibitrices, conseruatricesq; iusticiæ: neq; ego tempus ullum remittam, liberæ omniũ uoci prouidens. His eo dictis secuta est multa laudatio concionis: aliorum, quia fidus esset, laudantium, ergaq; bene de se meritos gratus: aliorũ quod humanus, magnanimusq; esset in inopes: aliorum quod moderatus popularisq; erga humiliores. Omnibus uero, quia æquus iustusq; esset, amantibus, simulq; admirantibus. Dimissa aũt concione describi iubens postridie debitores, quicunq; ad fidem creditoribus seruandam essent inualidi, & quid quisq; eorũ deberet, ubi descriptiones accepit, positis mensis in foro, spectantibus omnibus annumerauit quæ debebantur creditoribus. hisq; peractis, proposuit palàm edictum regium, uti agro publico decederent ij, qui eũ priuatim obtinebant intra prę stitutam diem, & qui nullã habebant sortẽ ciues ad se deferrentur. legesq; conscripsit, ueteres & neglectas renouans, quas Romulus introduxerat & Numa, & quas condebat ipse. quæ cũ ab eo agerentur, ferebãt grauiter patricij, dissolutũ iri Senatus potentiã animaduertẽtes: capiuntq; cõsilia non eadem, sed prioribus cõtraria. Nã cum primũ aggressi essent potestatẽ quę præter leges erat abolere, Interregesq; creare per quos eligeretur is qui imperium ex lege habiturus esset, nunc cõplecti oportere præsentia existimabant, neq; nimis curiosos se esse. Cogitabant em̃ quod producẽte ad res gerendas Senatu eum quẽ ipse prætulisset, plebs suffragijs ferendis obuiã iura esset: sicq; permitterent plebi electionẽ regis, suffragia omnia ferret Tullius: affuturumq; sic ei, ut uideretur habere imperiũ ex lege. Visum est igitẽ melius, furantẽ eum imperiũ decipientemq; ciues, q̃ persuadentẽ assumentemq; palam, id obtinere. Sed nihil eis ad ratiocinationes suas respondẽre præparata: ita eos solertissime elusit Tullius, atq; obtinuit inuitis eis imperium. Data em̃ multo ante opera cũ curasset dispergi per urbem famã quasi sibi insidiarent patricij: descendit in forũ, uestem indutus sordidã, ac mœstus, comitãte ipsum matre Ocrisia, & uxore Tarquinij Tanaquile, regiaq; cognatione omni. Concurrente aũt turba multa ad inopinatũ aspectũ, concionem aduocãs, processit ad pulpitũ, huiusmodiq; orationẽ habuit. Haud mihi amplius de Tarquinij tantũ pueris metuendum est Quirites, ne quid grauius ab inimicis patiãtur: sed de mea quoq; anima me iam inuadit timor, ne amaras ipse recipiã iusticiæ gratitudinisq; remunerationes. Peto enim à patricijs insidijs, renunciãturq; mihi ex eis in mortẽ meam quidam coniurasse: iniustum quidẽ illi nihil neq; maius neq; minus quod obijciant habentes: sed quæ in plebem beneficia contuli, atq; conferre paro, ferentes grauiter & indigne patientes. Primum quidem succensentes fœneratores, quod uos pauperes à se non siuerim libertate priuari. Sicq; depeculatores publicorum, obtinentesqúe agrum, quem uos uestro sanguine quæsiuistis:

Tullij largitio

Tullij oratio

quod

qũod coacti ſint eum relinquere, ac ſi eis res paterna ſit adempta. Deinde qui aliena uendunt, expertes illi calamitatum bellicarum, quia imminuere lauticiam cogentur,& ex cenſu tributum conferre. Simul autem ſuccenſent omnes quia ſcriptis ex legibus uiuere conſueſcent,iuſta uobis ex æquo dantes & recipientes: neque uobis,ut empticijs,quicunq; eſtis pauperes,amplius abutentes.quæ illi crimina conferentes conſultantesq; communiter, decreuerunt exules reſtituere,tradereq; Anci filijs imperium: quibus quidem Tarquinium regem ueſtrum interficientibus, uirum frugi urbisq; amatorem: taliq; pollutis cæde fugientibus iudicium,ſibiq; ipſis exilium conſtituentibus,uos aqua igniq; interdici decreuiſtis. ac ni mihi cito factum eſſet huius rei indicium,accerſitis peregrinis uiribus quibuſdam, reducturi erant nocte in urbẽ exules.quæ uero poſt hæc futura eſſent ſcitis omnes, etiam ſi non dixero,quod potiti rerum Martij ſine labore,auxiliãtibus eis patricijs, primum quidem cuſtodem me regum,& qui ipſos in iudiciũ uocarim,arrepturi erant: deinde pueros cognatos cæteros, & amicos Tarquinij omnes occiſuri,& uxores noſtras,& matres, filiasq;,& muliebrem ſexum omnem ſeruorum loco habituri, natura feri tyranniciq; illi ſpiritus. Si igitur iſtud Quirites uolentibus uobis fiat ut homicidas reuocetis, regesq; deſignetis, expellatisq; beneficorum ueſtrorũ filios, & relictum ab auo imperium eis auferatis, amplectemur quidem fortunam: ſed per deos omnes & Genios, quicunq; uitam humanam inſpiciunt,ſupplices nos ueſtri omnes cum uxoribus & filijs,pro multis in uos Tarquinij,puerorum aui,beneficijs, próque multis in quibus ego fui uobis pro uiribus meis utilis, munus unum hoc à uobis poſtulamus,uti nobis manifeſtam ſententiam ueſtram faciatis,ſi quidem digniores nobis hoc honore alios putatis,perdendi ne ſint pueri relinquentes urbem ueſtram, reliquaq; Tarquinij cognatio. nam ego aliud de me ipſo generoſius cõſulam. uixi enim iam ad uirtutem,& ad bonam exiſtimationem ſatis: nec dignarer beniuolentia ueſtra excidens, quam præ omnibus malim bonis, uiuere apud alios turpiter.Accipite faſces,datæq; ſi uultis eos patricijs: ego enim nulla in re moleſtus ero uobis præſens. Hæc eo dicente promptoq; ad decedendum ex pulpito ingens omnium coortus eſt clamor,precesq; permixtæ lachrymis rogantium,ut maneret obtineretque res gerendas neminem prorſus metuens. deinde autem iuſſi quidam pertractantes concionem,ut rex fieret exclamabant, conuocandasq; cenſebant Curias, atque poſcebant calculos. Incipientibus aũtem iſtis, populus confeſtim omnis in eadem uoluntate fuit.Quod uidens Tullius, non omiſit tempus amplius,ſed magnas dicens ſe habere eis gratias,quia eſſent beneficiorum memores,& plura adhuc promittens bona,ſi ſe regem crearent, prædixit diem comitiorum,qua adeſſe iuſſit etiam ex agris omnes.Cumq; conueniſſet populus,uocans Curias tradidit diuiſim unicuiq; calculos:iudicatusq; per eos omnes dignus regno,ualere iuſſo Senatu,qui haud digna- *Electio regis Tullij*

tus erat cõfirmare ex more ea quæ popularis multitudo fecerat, regnum te-
nuit. Ad quod quidem hoc modo transiens, cum multarum aliarũ ciuilium
Ciuilia Serui gesta. administrationum introductor fuit, tum uero magnum memoratuq; di-
gnum gessit cum Etruscis bellum. dicam autem de ciuilibus eius primum.
statim enim simulatq; adeptus est regnũ, mercenarijs Romanis diuisit re-
* gionem publicam. Deinde leges commerciales, deq; iniurijs Curijs confir-
mauit. Erant autẽ quinquaginta numero, de quibus nihil in præsentia sum
relaturus. Vrbiq; duos colles addidit, Viminalem dictum & Exquilinum,
quorum uterq; urbis mentione dignæ habet magnitudinem. Diuisitq; eos
ijs qui sine laribus Romani essent ad ædes in his construendas, ubi sibi ipse
quoq; habitationem fecit in illustri Exquiliæ loco. Auxit autem rex hic ulti-
mus urbis ambitum, quinq; collibus addens duos, captis quidem augurijs,
cæterisq; erga deos peractis pijs. Vlterius enim constructio urbis non pro-
cessit, haud permittẽte (ut aiunt) numine. sed sunt omnia circa urbem habi-
tata loca, multa ea & magna, nuda, facillimaq; aduenientibus hostibus fieri
obnoxia. siq; aliquis ad hæc spectans uelit Romæ magnitudinẽ exquirere,
is & errare cogetur, nec habebit signum ullum certũ quo dignoscatur, quo
usq; sit hæc urbs progressa, aut unde esse non amplius urbs incipiat. ita ur-
bi contexta est regio, præbetq; spectantibus opinionem extensæ in infini-
tum urbis. si uero muro uix perscrutabili propter ædes complectentes eum
undiq;, uestigia autem quædam locis multis seruanti structuræ ueteris, me-
tiri idem eam uelit ad Athenienſium circuitũ qui urbem continet, non mul-
to aliquo maior ei uidebitur Romæ circuitus. Cæterum de magnitudine &
pulchritudine urbis ut est ætate mea, erit aliud narrãdi tẽpus magis oppor-
tunum. Tullius igitur ubi muro septem colles complexus est, in partes qua-
tuor urbem diuidens, & cognomina cuiq; parti imponẽs ex collibus, unam
* quidem Palatinam uocans, aliam Suburranam, aliã Collatinam, quartam
Exquilinam, quatuor Tribuum fecit urbem, quæ usque eo trium fuerat. sta-
tuitq; homines qui in unamquamq; partem abituri essent, tanquam paga-
nos in nullam aliam transferri habitationẽ, nusquam alibi dantes ipsos no-
mina in militiam siue tributum impositũ ad res bellicas, ususue alios, quod
exhibere in Remp. unumquemq; oportebat persoluentes. neq; amplius ut
tres Tribus generales siue originales (ut antea) sed ut quatuor locales à se
designatas conferre uoluit: creauitq; partibus singulis principes Tribuum,
siue uicorũ præfectos, quos scire iussit ubi quisq; habitaret. Posteáq; in com-
pitis omnibus extrui iussit templa, ædiculasue uicinis Heroibus propitijs, sa-
crificiaq; eis perfici lege statuit anniuersaria, conferente unaquaque domo.
peragentibus autem uicinis sacrificia in propitiationibus nõ liberos adesse
statuit, sed seruos: simulq; ipsos sacrificare, tanquam grato Heroibus seruo-
rum ministerio: quam solennitatem ducentes Romani ad hãc usq; ætatem
peragũt, paucis diebus post Saturnalia, ualde uenerabilem inter cæteras &

sumptuo

sumptuosam, Compitalia eam appellantes à compitis: uocant enim illi σχωπτός compita. seruantq; ueterem consuetudinem in sacrificijs placantes Heroas per seruos, omnem ab eis auferentes per eos dies seruitutem: ut hac mitigati humanitate, magnum quiddam & uenerabile habente, erga dominos beniuolentiores fiant, atq; fortunæ tristia minus grauiter tolerēt. Diuisit item regionē omnem (ut scribit Fabius) in sex & uiginti partes, quas & ipsas Tribus uocat, addens etiam eis urbanas quatuor, & triginta tribus utrorumque. Cato tamen horum sub Tullio omnes fuisse dicit. Vt autem Venonius siue Gemonius narrat, in unam & triginta tribus, ita ut cum urbanis expletæ sint hæ, quæ adsunt adhuc, quinq; & triginta tribus, fide ipse dignior non segregat numerum. Diuidens igitur Tullius in totidem partes agrum secundum montana, multumqúe securitatis præbituras colonis rupes, specus, profugiáq; præparauit, græcis ea nominibus appellans πάγος, quò se recipiebant ex agris omnes cum hostium inuasiones fierent, in eisq; sæpius pernoctabant. Erant autem horum quoque magistratus, quis curæ erat nomina colonorum scire, contribuentium in eodem pago, & prædia in quibus eis uita esset. Et cum opus esset agrestes uocari ad arma, aut uiritim collationes pecuniarum capi, hi & corpora conducebant, & pecunias exigebant. Ac ne horum multitudo difficilis inuentu esset, sed numerabilis & manifesta, aras eos iussit erigere inspectorum deorum, & custodum pagi. Quos hostijs publicis honorare magistratus quotannis iussit simul cum multitudine, solennitatem hanc quoq; inter cæteras admodum honorabilem instituens, quæ Paganalia dicuntur. Ac leges quoque de his sacrificijs, quas obseruant adhuc Romani scripsit. In hoc autem sacrificium & conuentum, iussit omnes eiusdem pagi institutū quendam numum per capita conferre, alium quendam uiros, alium fœminas, aliumq; impuberes. ex quibus cōnumeratis à præsidentibus sacrorum manifestus fiebat numerus & per genus & per ætates. Vt autem L. Piso scribit in prima Annalium historia, uolens iterum scire numerum habitatorum in urbe & nascentiū & decedentium, & qui in uiros conscribebantur, statuit quātum oporteret numum pro uno quoq; deferri in thesaurum: εἰλειθυίας quam Romani Iunonem Lucinam uocant, pro nascentibus: inq; Veneris in nemore extructæ, quā Libitinam appellant, pro decedentibus: & in Iuuentæ, pro eis qui inciperent cum uiris contribuere. Ex quibus cogniturus erat quocūq; anno quot numero omnes essent, & qui ex eis ætate militari. His constitutis iussit Romanos omnes describere & æstimare rem suā ad argentū, iuratos ipsos legitimū iuramentū, se uere & ex omni optimo æstimasse, ex quibus essent parentibus scribentes, & cuius ipsi ætatis, & uxores filiosq; nominantes, & in quo urbis habitarent loco, aut quo in pago regionis. Si quis uero non æstimasset, pœnam ei constituit, priuationem bonorū, atq; ipsum uerberibus cæsum uendi. Durauitq; diu apud Romanos hæc lex. Æstimatis aūt omnibus

nibus assumens libellos & cognoscens multitudinem & ætatem hominum sapientissimam omnium administrationum ciuilium introduxit, maximo-
Sex classes rumq; Romanis bonorum causam,ut declaratum est opere.Fuit igitur hæc huiusmodi.unam abstulit à cæteris partem cuius census erat maximus centum minis,haud minus,hancq; ordines in octoginta distribuens,arma eos ferre iussit,& clypeos argolicos hastasq;, & galeas æneas, & thoracas & ocreas,& gladios:diuidensq; eos bifariam, quadraginta instituit iuuenũ manipulos,quos oportebat exeunte iuuentute ad bellũ egredi: quadragintaq; alteros seniorum permanentes in urbe ad custodiam eorum,quæ intra muros essent. ordo erat hic primus, obtinebatq; locum iuuentus in bellis primum ante aciem totam pugnans.Posteaq; ex reliquis aliam partem auferens,cuius erat intra decem drachmarũ milia,haud minus quinq; & septuaginta minarũ census: distribuensq; in uiginti ordines,cætera ipsos quidem ferre quæ priores arma statuit. thoracas autẽ ab eis abstulit, & pro clypeis dedit scuta: & segregans ex his quoq; eos qui supra quintũ & quadragesimum annũ erant,& qui ætatis militaris,decem fecit manipulos iuniorũ propugnatores urbis,decemq; seniorũ quibus muros custodiendos dedit. hũc autem ordinem secundũ instituit in certaminibus post antepugnantes esse. Tertium deinde ordinem constituit ex reliquis quicunq; censum habebãt minus septem milibus drachmarum & quingentis, nõ minus autem minis quinquaginta: horum enim armaturam minuit, non thoracas tantum adimens,ut secundo ordini,sed etiam ocreas:constituitq; hos item uiginti manipulos,diuidens ut priores pro ętate,decem iuniorum,decemq; seniorum. locus autem & statio horum manipulorum in prælijs erat tertia. auferens item ex reliquis eos qui rem haberẽt minoris quinq; milium drachmarũ & ad uiginti quinq; usq; minas: quartum instituit ordinem, distribuitq; hos etiam in manipulos uiginti. Decem eorũ qui essent in robore, decemq; eorum qui supra ætatem essent,sicuti priores fecerat,arma eos ferre instituens scuta, gladiosq;,& pila,locumq; eos in prælijs habere ultimum. Quintum autem ordinem ex ijs quibus uita erat intra quinq; & uiginti minas, usque ad duodecim & semis in manipulos constituit triginta,quindecim iuniorũ, quindecimq; seniorum.hos instituit lapides missiles habẽtes & fundas,ex
Quatuor extra ordinariæ Centuriæ tra aciem militarem. Quatuor autem manipulos nihil armorum habentes sequi post armatos iussit.Erant autẽ istorum quatuor,duo armorum fabricatores,& fabri,& qui alia pararent bello opportuna.Duo uero tubicinũ & tympanistarum, & qui alijs quibusdam instrumẽtis significarent imperata in bellis.Appositi aũt erant opifices ijs qui secundum habebant censum,ex ætate diuisi,pars altera iuniores manipulos,altera seniores sequens.Sicque tubicinum & buccinatorũ,alter erat seniorũ manipulus,alter iuniorũ,appositi ijs qui habebant quartũ censum.Centuriones autẽ electi erant ex omnibus bello strenui,qui suos quicq; manipulos iussis obtẽperantes exhibebãt.

Has duas centurias opificum, adiecit Li. prima classi. lib. 1. D. i. tubicinum vero, et buccinatorum, tres centurias describit Liuius, quas adiecit Quinta classi.

Et hic

Et hic quidem adornatus erat copias pedestres explens, legionarias & inermes exercitus. Equitum uero numerum elegit ex ijs qui census maximi clariq; essent generis, distribuitq; eos in decem & octo turmas, attribuens ipsos illis octoginta manipulis primis ante aciem. habebant autem hi quoq; illustrissimos Centuriones: reliquos aut ciues qui censum minorē habebāt duodecim minarū & semis, plures ipsos prioribus numero, in unum omnes statuens ordinē, uacationem eis tribuit militiæ, fecitq; omniū collationū tributorumq; immunes. Fuerunt aut sex collegia, quas Romani classes uocāt, græcis eos cognominibus appellātes. Nam quod uerbū nos imperatiue figurantes κάλει efferimus, hoc idem illi cala dicunt: sicq; classes antiquitus uocabant caleses. Ordines aut quos cōprehendebant classes centū & nonaginta tres erant. continebat em classis prima cū equitibus, octo & nonaginta ordines. secunda uero, duos & uiginti cū opificibus: tertia uiginti, quarta item duos & uiginti, cū tubicinibus & buciniſtis: quinta deinde triginta. Vna aut ultra omnes statuta classis, quę erat pauperū, unus erat ordo. Hacq; usus adornatione dirigebat descriptiones militū ad diuisionem ordinū, sicq; ad census normā tributorū impositiones. quotiens em opus esset ei decem milibus militū, aut uiginti (si ita res ferret) diuidens hunc numerum in centum & nonaginta tres Curias, quod cuiq; obueniret Curiæ, id præstare eam iubebat. Sumptus aut in cōmeatum militantiū, aliaq; bellica munera impendendos, metiens idem quāti sufficerent, diuidensq; eodē more in suprascriptos ordines, conferre quemq; pro æstimatiōe census sui iubebat. Efficiebat igit, ut qui maximas possiderent opes, pauciores quidē ipsi, sed in plures partiti ordines militarēt sæpius nunq; quiescētes, pluresq; cōferrent ipsi q; cæteri pecunias: atq; eos q pauca moderataq; possiderēt uiginti pauciores ordinibus, militare rarius ex successione ac minora tributa soluere: & qui pauciora necessarijs possidere censi essent, à molestijs abesse omnibus. Fecit aut unumquodq; horū non sine causa, sed persuasus q; oīibus hominibus præmia sunt bellorū pecuniæ, qd q; pro his omnes grauia quæq; tolerāt. recte itaq; habere existimauit, ut q certent p maioribus præmijs, maiores quoq; uexationes corporū pecuniarūq; sustineant: & qui pro minoribus, sic quoq; minus in utrisq; uexent. Iis uero q p nullis nihil impēderint, nihil mali patiēdū, absolutis à tributis ob egestatē: nondū enim accipiebāt Romani stipendiū de publico, sed sumptibus militabant proprijs. Minime igitur conferre pecunias oportere putabāt eos, qui unde soluerent, nō haberent, sed quotidianis egerent ad uitam: aut qui non contribuerent militare, alendos ipsos alienis pecunijs tanq; mercenarios. Hoc autem modo imponens totū pondus hoc diuitibus periculorum & sumptuū, ubi eos indignabundos uidit, hoc more altero consolatus est anxietatē eorū, iramq; mitigauit: hoc præcōmodo eos donās, per quod ipsi futuri erāt Reip. omnis domini, abigentes egenos à publicis, ac latentes peragendo ista populares ipsos.

Classes undē & quanta unaquæq;

* Erat autem hoc præcommodũ,quo præcellebant in concionibus,in quibus maxima per populum confirmabantur,huiuſmodi.Dictum eſt enim à me quoq; ſuperius,quod trium rerũ dominus ex lege ueteri erat Populus,maximarum ipſarum maximéq; neceſſariarum,domi ſcilicet belliq; magiſtratuum creandorum, legumq; confirmandarum ſiue etiam abrogandarum, & de bello conſiſtente indicendóq; decernere. fiebat autem horum ſpeculatio atq; iudicium per Curias ferentes ſuffragia,& qui poſſidebant minima, erant eis qui maximas haberent opes in calculis ferendis pares. Cumq; eſſent(ut mos eſt)diuites, ſuperabant eos in hoc longe plures, qui erant pauperes.Hoc igitur intelligens Tullius poteſtatem tranſtulit ad diuites ſuffragiorum. Nam cum aut magiſtratus creare,aut de lege cognoſcere,aut bellum indicere ei uideretur,ordinatim non per Curias concionem congregabat. Vocabat enim in pronunciationem ſententiæ primos ordines eos qui cenſus eſſent maximi,in quibus erãt,& qui equitum decemocto ordines, & qui peditum octoginta: hi uero tribus plures reliquis in idem conſentiẽtes uincebant cęteros,& habebat finem ſententia.Quod ſi concordes nõ eſſent ad electionem hi omnes,tunc ex ſecũdo cenſu deſcriptos duos & uiginti ordines euocabat.Ac diuiſis quoq; ſuffragijs horũ,tertios aduocabat, & item quartos: hoc quoq; faciebat donec eſſent ordines ſeptem & nonaginta cal-
* culis ſimilibus.Sicq; uſq; ad quintam citationem hoc fieri non contingeret, ſed in æqua diuiderentur centum & nonaginta duorũ ordinum ſententiæ, tunc ultimũ uocabat ordinem, in quo erat egenorum ac propterea liberorũ à militia omni & tributo ciuiũ multitudo.Cuicunq; autẽ partium adiectus erat hic ordo,ea pars uincebat:erat tamen hoc rarum,nec multũ diſtans ab impoſſibili: ſæpe emm à prima citatione finem res habebat,raro aũt ad quartam uſq; progrediebatur:quinta uero & ultima citatio prętermittebat.Hãc aũt adminiſtrationẽ conſtituens,& præcõmodum diuitibus tantũ,latuit(ut dixi)ipſe eludẽs populũ,abigensq; à ciuilibus officijs. putabãt enim ſe omnes æquã habere partem Reip. rogati illi uiritim ſententias in ſuis quiq; ordinibus: decipiebantur aũt in hoc quod unus erat tantum totius ordinis cuiuſq; calculus, tã eius quidẽ qui paucos in ſe,q; illius qui plurimos haberet ciues:& q primi ferebãt ſuffragia cenſus maximi ordines,plures ipſi numero ordinũ reliquis,paucioresq; numero hominũ.præcipue aũt decipiebant pauperes,quod unum tantũ habebant calculũ in ſuffragijs,multi ipſi, & q ultimi uocabant. Hoc uero facto diuitibus multa abſumentibus, nec quietem ullam à bellicis periculis capiẽtibus,minus grauari cõtigit, rerum factis maximarũ dominis,omnẽq; poteſtatẽ eis qui eadem nõ facerent auferentibus.Pauperibus uero minimã partem habentibus Reip. moderate mãſuetęq; eam imminutionẽ ferre,cõſiderantibus ipſis immunitatẽ ſuã tributorũ uacationẽq; militiæ.Ciuitati uero contigit,ut eoſdẽ habitura eſſet,qui de ſe conſulerẽt,quæ oporteret,piculaq; ſupra cæteros ſuſcipẽt,& quæ opus eſſet,

agerent

agerent. hicq̃ administrationis modus in multas durauit ætates à Roma/
nis custoditus:nostris uero motus est tẽporibus,& in populares translatus
necessitatibus quibusdam uehemẽtibus, & ui coactus: haud dissolutis qui/
dem ordinibus,sed iudicio eorum non amplius ueterem custodiente cautio
nem,ut in comitijs ipsorum sæpe animaduerti præsens.sed de talibus non *
est sermo, isti non est tempus istud nunc congruum. Tuncq̃ igitur Tullius
ubi quæ ad æstimationes pertinebãt,constituit: iubens ciues omnes conue/
nire in maximum ante urbem camporum, habentes arma & ordines: sta/
tuensq̃ equites pro dignatione, peditesq̃ in acie,leuisq̃ armaturæ milites
in suis quosq̃ ordinibus, purgationẽ eorũ fecit Tauro,ariete,& sue. Hæcq̃ *Solitaurilia*
sacrificia circũduci ter iubens circum exercitũ,immolauit obtinẽti campum *
Marti.Hancq̃ purgationem usq̃ ad hanc ætatem Romani peragunt,post
consummationẽ censuũ,ab ijs qui obtinent sacratissimum magistratũ, Lu/ *Lustrum*
strum eam appellantes:Fuit aũt omnis censorum omniũ Romanorum nu/
merus,ut in censuarijs fertur scripturis,ad octoginta quinq̃ milia, trecentis
ademptis. Habuit quoq̃ rex hic cõstitutionis ad augendã rem ciuilem pro
uidentiam,non paruã rem intelligens,quã omnes ante se reges reliquerant.
Illi enim aduenas suscipientes,Reiq̃ eos publicæ participes facientes,natu/
ram nullã aut fortunã dedignantes,populosissimam fecere urbem. Tullius
aũt manumissos etiã seruos,nisi ad urbes proprias abire mallent,participes
ex æquo esse Reip. Romanæ iussit. permittens enim eis simul cũ cæteris li/
bertatem,remq̃ suam censeri,distribuit eos in Tribus urbis quatuor,in qui
bus manet adhuc constitutũ libertinorum quantumcũq̃ sit genus: deditq̃ *Tullij oratio*
eis,ut participes tanquam cæteri liberi,essent rerum omnium ciuiliũ.Dolen
tibus autem patritijs,ægreq̃ rem ferentibus, aduocata multitudine in con/
tionem: primum,inquit,demirari se hos indignantes,si putarent liberum à
seruo natura, ac non potius fortuna differre: sicq̃ non moribus & uirtute,
sed casibus examinarẽt dignos honesto loco,uidentes quàm instabilis con/
uertibilisq̃ res sit felicitas,neq̃ facile sit etiam in beatissimis dicere,ad quod
eis affutura sit tempus. Specularicq̃ iubebat quot iam urbes barbaræq̃ &
græcæ transmutatæ essent ex seruitute in libertatẽ: & quot in seruitutem ex
libertate: seq̃ multam agebat fatuitatem eorũ reprehendere, si qui dignis
libertate seruis eam traderent,inuiderẽntque rursus ijdem officia eis ciuilia.
Consulebatq̃ eis ut si prauos quidẽ cognoscerẽt seruos,ipsi ne liberos face/
rent: si uero probos,ne negligerẽt etiã alienos. incõueniens em̃ quiddam &
insciti facere eos dicebat, si ciuitatem aduenis omnibus permittentes, neq̃
dijudicantes fortunam eorũ,neq̃ si qui facti essent ex seruis liberi curã adhi
bentes,eos qui apud se seruitutẽ deposuissent,hac gratia indignos ducerẽt,
sensuq̃ differre eos putarent à cæteris:ne ea quidẽ quæ ante pedes sita erãt,
& uulgatissima cernentes, & quæ essent etiã leuissimis clara,q̃ magnæ qui/
dem curæ dominis fututũ erat,ne tam facile aliquos manumitterẽt, tanquã

ipsis

ipſis bonorum maxima in humano genere eis quibus hoc contingeret largientibus: quodq; ſeruis futura maior eſſet promptitudo, ut morigeri eſſent dominis, cum intelligerent quod digni ipſi libertate iudicati, felicis ſtatim & magnæ urbis ciues futuri eſſent, & utraq; hæc à dominis bona ĩdem habituri. Poſtremo autem utilitatis communis introduxit rationem, ĩis qui ſcirent in memoriam redigens, & qui neſcirent docens, quod expetenti potentiam ciuitati, ſeq; magnis dignanti rebus, nihil æque ac frequentia opus erat populi, ut ad omnia bella ſufficeret, ſuo ipſa utens milite, nec in externos mercenariósque exercitus rem abſumens, pecunĩs exhauriretur: quam ob cauſam dediſſe agebat priores reges aduenis ſuis ciuitatem. Sicq; ipſi hanc legem ſciſcerent, multam eis manumiſſorum aſcribundam eſſe iuuentutem. Neq; unquam egere urbem poſſe uiribus domeſticis, ſed habituram unde poſſet abunde copias educere, etiam ſi bellum aduerſus omnes homines gerere cogeretur. præterq; publicam inquit utilitatem, priuatim etiam ditiſſimis Romanorum magno futurum uſui, ſi permitterẽt libertinos concionis eſſe participes, ab eis ipſi ferendis ſuffragĩis, atq; alĩs ciuilibus officĩs gratiam, in his rebus quarum maxime indigent, recepturi: atq; eos, qui ex libertinis clientes fierent nepotibus relicturi. Hæc cum dixiſſet conſenſere patricĩ eam conſuetudinem introduci, & hucuſq; tanquam unũ quiddam ſacrorum immobiliumq; iurium perſeuerat hoc in urbe cuſtoditum. Poſtq; igitur ad hanc partem narrationis ueni neceſſarium uidetur mihi percurre re, quemadmodum ſe tunc haberet de ſeruis apud Romanos conſuetudo, ne aut regem conatum primũ manumiſſos ciues facere, aut eos qui legem acceperint, crimĩetur aliquis, tanquam multa honeſtorum ſine cauſa abĩcientes. Cõtingebant enim Romanis poſſeſſiones ſeruorum more iuſtiſſimo: aut ementibus eis publice ſub haſta uenditos ex præda: aut cõcedente imperatore ſimul cũ alĩs emolumentis, bello quoque captos, qui cepiſſent obtinere: aut habentibus eiſdem emptos ab alĩs, qui his modis, quos dixi, domini ſeruorum facti eos poſſiderent. Nihil igitur pudore dignum, aut publici detrimenti cauſam, neq; Tullius primus conſuetudinem hanc inſtituens, neque accipientes obſeruantésque eam, in hoc eſſe exiſtimabant, ſi priuatis per bellum patria & libertate hominibus erga dominos probis factis, aut erga eos qui à dominis emiſſent, utraque ea adeſſe oporteret per eos ipſos à quibus eſſent illi in ſeruitutem redacti. Potiebantur itaque libertate gratis plurimi ob probitatem, eratq; mos hic in dominis manumiſſionis præclarus. Pauci uero aliqui pretio ſe redimentes, ex pĩis iuſtisq; operationibus comparato. Sed non hoc ſe nunc ſic habet, ſed in tantam confuſionem res uenere, & honeſta Romanæ urbis ignominioſa adeo facta ſunt & ſordida, ut alĩ quidem per rapinas & furta, fornicationésque, & reliqua flagitia quæſitis pecunĩs emant libertatem, ſintq; ſtatim Romani ciues, alĩ uero conſcĩ adminiſtriq; dominis facti ueneficĩ, &

De ſeruis digreſſio

& homicidiorum, & erga deos aut rempublicam nefariorum, tales ferũt ab p fis remunerationes. alíj autẽ ut de publico datum frumẽtum accipientes quotquot menſibus, & ſi qua alia fit à principibus benignitas in egenos ci/ ues, ferant eis, qui libertatem tradiderint. Scio aũt ego quoſdam conceſſiſſe ſeruis ſuis omnibus eſſe poſt mortem ſuã liberis, uti mortui ipſi uocentur boni, utq; multi elatũ funus ſequantur pileos geſtantes in capitibus: in qui/ bus pompam ducebant quidam, ut audire à ſcientibus licet, ex ergaſtulis e/ greſſi nup malefici, & qui perpetraſſent innumeris digna mortibus. In has igitur ſpectantes maculas uix expurgabiles, multi ægre ferunt, damnantq; conſuetudinem, tanq; non deceat urbem principem, locisq; omnibus im/ perare poſtulantem, tales homines ciues facere. Haberet autem multas ali/ quis quoq; alias cõſuetudines, quas criminari poſſet pulchre à ueteribus ex cogitatas, & nũc ab his in peius uerſas. Ego uero legem hanc puto minime tollendam eſſe, ne quod maius in rempublicam ex hoc erumpat malum. Corrigi tamen dico oportere ea quantum liceat, neq; negligere opprobria maxima, fordesq; inexpurgabiles in Remp. introduci. cenſoresq; maxime dignos ducerem, qui huic parti prouiderent: aut conſules. magno enim o/ pus eſſet magiſtratu aliquo, qui quotãnis recenſeret qui nam eſſent, & quã ob rem & quo modo facti liberi, ſicut equitũ ſenatorumq; recenſent uitas: & quos deinde dignos inuenirent ciuitate, in Tribus deſcriberent, permitte/ rentq; urbem incolere: dirum autem & impurum genus ex ea eiícerent, ho neſtum nomen imponentes rei Coloniam. Hæc igitur poſcente materia ui/ * ſum eſt mihi neceſſarium & iuſtum aduerſus increpantes Romanorũ con/ ſuetudines dicere. Tullius itaq; non in his tantum adminiſtrationibus po/ *Tullius po/ pularis* pularem ſe declarauit, in quibus uiſus eſt Senatus poteſtatem patriciorũq; principatũ imminuere: ſed in eis etiam in quibus regium imperium immi/ nuit, dimidiũ adimens ſibi ipſe poteſtatis. Nam cũ ante ipſum reges æquũ cenſerent ad ſe cauſas omnes expoſtulationesq; adducere, & priuata ſimul & publica ſuo more díjudicare: ſegregans ille à priuatis publica, læſionũ in Remp. cognitioni ipſe præſidebat: priuatarum aũt priuatos conſtituit iu/ dices, terminos eis & regulam ſtatuens legibus quas ipſe cõſcripſit. Vbi ue/ ro præclarum ornatum res ciuiles aſſumpſere, incidit ei deſiderium, ut illu/ ſtre aliquid faciens, æternam idem ſui memoriam poſteris relinqueret. intẽ/ densq; cogitationem ad ueterum regum ciuiliumq; uirorũ monumenta, ex quibus in nomen gloriamq; proceſſiſſent: neq; propter Babylonis murum beatã duxit Aſſyriam illã fœminam: neq; propter Pyramides in Memphi beatos reges Ægyptios: neq; ſi qua alia demonſtratio fuit diuitiarũ multa/ rumq; manuũ uiri principis alicuius. ſed hæc omnia parua ducens, paucíq; temporis, nec digna ſtudio & aſpectus ea omnia nõ uitæ rerumq; iuuami/ na, ex quibus quidem eos beationes qui conſtruunt ſequuntur ſolos: digna uero laude, dignáq; æmulatione putans ſenſus opera, quo & fruũtur pluri/

mi

mi, & in longissimum tempus percipiunt ex eo commoda: inter cætera ta-
Amphictyones lia opera maxime admiratus est complexusq; Amphictyonis filij Helle-
nis excogitationem. qui infirmum uidens, & absumi facile à circunstanti-
bus barbaris græcum genus, conduxit ipse in uocatum ab eo Amphictyo-
nicum conuentum & mercatum: leges constituens præter proprias cuiusq;
urbis, alias communes omnibus, quas Amphictyonicas uocant: ex quibus
illi amice magis inter se peragunt, cognationem seruantes opere plusquam
uerbis, molesti ijdem barbaris atq; terribiles. A quo sumentes exemplum
etiam Iones, hi qui ex Europa in maritimam oram Cariæ sedes transtule-
runt, & Dores qui urbes circũ ea loca condiderunt, sumptibus publicis tem-
* pla extruxere, Ephesi quidem Iones Dianæ, Dores autem in Epitropio A-
pollini: ubi conuenientes ipsi statuto tempore cum uxoribus & filijs unà sa-
crificant, & commercantur: certamina q; peragunt, equestria q; & aliarum
exercitationũ modulationumq; musicarum, donantq; deos donis de pub-
lico eorum omnium, spectantesq; & nundinantes, aliasq; cõciliationes in-
uicem à se ipsi capientes: & si qua fuerit erga ciuitatem offensio, sedentes iu-
dices discutiunt: deq; bello aduersus barbaros, deq; consensu inter se com-
munia habent consilia. Hæc igitur & his similia exempla sumens, prompti
tudinem & ipse adhibuit ad confirmandas coniungendasq; urbes Latini
generis, ne dissidentes eæ inter se bellumq; gerentes, à finitimis barbaris li-
bertate priuarentur. His autem cognitis principes ex una quaq; urbe con-
uocat, de magnis rebus atq; communibus dicens se eos consiliarios habere
uelle. qui cum aduenissent Senatum Romanum congregans, & eos qui ex
urbibus conuenerant, orationem habuit concordiæ adhortatiuam: docens
quàm pulchrum esset, multæ urbes una utentes sententia, quamque turpe
esset conspectus cognatorum inter se dissidentium: causamque uirium im-
becillibus esse demonstrans consensum, humilitatisq; & imbecillitatis, eti-
am ualentissimis, inter se inuidiam, hæc eos docebat. æquũ esse quidem La-
tinos imperare accolis, iustaque constituere græci qui essent, barbaris. Ro-
manos uero Latinorum omnium suscipere patrocinium, magnitudine præ
cellentes urbis & rerum mole, atq; diuina prouidentia potiores eis iudica-
tos, ob quam ipsi in tantam processerint illustrationem. Hæcq; percurrens
consulebat eis, uti templum inuiolabile communi sumptu Romæ ædifi-
carent, in quo conuenientes urbes quotannis sacrificarent, & proprias & cõ-
munes hostias: ducerentque statutis temporibus nundinas, & si qua facta
inter ipsas esset offensio, per hæc sacra dissoluerent, permittens quæq; cæte-
ris urbibus dissolutionem expostulationum suarum. Hæc ille differens, &
quot alia habituri essent bona constituto concilio, persuasit omnibus qui in
consessu aderant. Posteaq; ex pecunijs quas contulerunt urbes eæ omnes,
extruxit Dianæ fanum in maximo Romæ collium Auentino collocatum:
legesq; conscripsit urbibus inter se, ad eam celebrationem & nundinas, ac

quemadmo

quemadmodum perficerentur,ſtatuit.Ac ne iſta deleret ullum tempus,baſem erigens æream,in ea ſcripſit,& quæ uiſa eſſent conſeſſoribus,& quæ eſſent participes cõuentus urbes. Permanſit autem baſis ipſa uſq; ad ætatem meam in delubro Dianæ ſita, figuras habens literarum græcarum, quibus uetus utebatur græcia,quod & ipſum haberet aliquis non paruæ coniecturæ loco,quod nequaquam barbari fuerint ĩj,qui Romam condidere.non enim græcis utuntur literis barbari.Ciuiles igitur huius regis actiones,ſimul cum alĩjs multis minoribus & obſcurioribus,hæ maximæ illuſtriſſimæq́ue traduntur. Bellicæ uero aduerſus unam Etruſcam gentem, de quibus quidem nunc ſum dicturus. Poſt Tarquinĩj mortem,urbes quæ ei principatum tradiderant, non amplius conuentis ſtare uoluerant,haud dignantes parere Tullio humilis uiro generis,ĩjdem quoq; exiſtimantes factionẽ patriciorum aduerſus principem magnam ſibi exhibituram commoditatem. Initium autem defectionis fuere ĩj qui Veientes uocantur,reſpondentes legatis Tullĩj, nihil prorſus ſibi eſſe cum eo rei: nec ex conceſſione principatus,nec de amicitiæ ſocietatiſq; pactione. Incipientibusq́ue iſtis,ſecuti ſunt Cæretes & Tarquinĩj,ac poſtremo in armis erat omnis Etruria.Durauitq; hoc bellum annos uiginti continuos, incurſus multos facientibus utriſque magnis exercitibus in alienum agrum, aciesq́ue alias ſuper alĩjs ſtatuentibus. Pugnis autem uincens omnibus Tullius, quæcunque aduerſus eum conſtitere,ſiue ex urbibus ſingulis, ſiue ex uniuerſa gente ea, tribusq́ue ornatus triumphis illuſtriſſimis,tandem coegit eos,qui dominari à ſe non dignarentur, frenum ſponte ſuſcipere. uigeſimóque anno igitur conuenientes iterum urbes duodecim per bellum exhauſtæ corporibusq; & pecunĩjs, in ea fuere ſententia, ut principatum Romanis traderent, ĩjs quibus antea conditionibus: aderantq; ex ciuitate tota ĩj,qui ſuffragiĩjs prælati erant ſupplices: permittentes urbes Tullio, nihilq́ue de ſe eum intolerabile conſulere poſtulantes. Tullius autem imprudentiæ quidem eorum cauſa, & illicitorum in deos, quibus ſponſoribus pactionum tranſgreſſi erant conuenta, multis eos, magnisq́ue dignos eſſe ait pœnis.Romanorum autem clementiæ moderationisq́ue(quandoquidem cognoſcentes ſe ipſi iniuſte agere uelati infulis ſupplices deprecabantur iram)haud ulla dignos in præſentia infelicitate. Hisq́ue dictis diſſoluit bellum: cæteris quidem urbibus ſine pœna, ſinéque iræ memoria reddens rei ſuæ publicæ adminiſtrationem ſicut prius,permittensq́ue propria poſſidere, manentibus eis in conuentionibus à Tarquinio conſcriptis. tres uero ex his ciuitates,quæ prius inſurrexerant, induxerant'que alias ad inferendum Romanis bellum, Cæretanos,Tarquinios, Veientes,ablatione regionis mulctans: quam deinde eis diuiſit, qui nuper in rempublicam Romanorum uenerant. Hiśque pace bellóque geſtis, ac duobus extructis templis Fortunæ,qua per omne uitæ tempus uiſus eratuti proſpera, altero in foro boario, alteróque ad ripas Tiberis ei

Bellica Seruij geſta

Hetruſci principatum Rodant.

p quam

quam Virilem appellauit, ſicut & nunc à Romanis dicitur, iam in multum prouectus ætatis, nec à morte per naturam procul, ex inſidijs Tarquinij generi filiæque ſuæ moritur. Narrabo autem etiam inſidiarum modum, pauca eorum quæ ante fuerant repetens. Erant duæ Tullio filiæ ex uxore Tarquinia, quam ei coniugem rex dederat Tarquinius. Has puellas iam
* nubiles deſpondit fratribus earum matris, nepotibusque Tarquinij, maiori natu congrue maiorem copulans, iunioriq; iuniorem, hoc modo putans uiris eas magis conuenire. Euenit autem utrique genero ſortito eſſe diuerſis moribus uxorem, Lucio quidem ſeniori audaciq; & contumaci, atque natura tyrannico uxorem frugi, & continentem & amantem patris. Arunti uero iuniori mitis ipſi æquique ingenij uiro, impiam & peroſam patris, audaciſſimamq; nuptam eſſe. contigitque utrique eorum ex ſua natura ferri: traduci uero in contrarium ab uxore. prauus enim ad eſficiendum regno ſocerum promptus, omniaque ad id machinans, ab uxore retinebatur, conſulente contraria ac flente. Clemens uero nihil oportere exiſtimans delinqui in ſocerum, ſed expectari, donec ei uitæ finem natura afferret: neque fratrem ſinens iniuſta agere, ab uxore impia traducebatur in aduerſum admonente, increpante, & ignauiam exprobrante. ubi uero profecere nihil, neque probæ mulieris preces iniuſto uiro optima ſuadentis, neque improbæ admonitiones aduocantis uirum haud malum ad impias actiones, ſed in naturam uterque ſuam ferebatur, ſibique moleſtam ducebat quæ ſimilia nollet uxorem: alteri earum flere, & fatum ſuum ferre, abunde aderat: alteri uero audaciſſime ſæuire, & quærere ut à uiro eſſet libera. Atque ibi natura improba mulier amens facta, & exiſtimans ſuis moribus conuenire maxime ſororis uirum, accerſit eum tanquam de re neceſſaria collocutura. Qui ubi aſtitit, cæteris abire iuſſis, ut loqueretur ſola cum ſolo. Licet ne inquit Tarquini mihi libere ſineque periculo dicere, quæ ſentio de commodis communibus, continebisq; ſermonem quem audies? An mihi melius eſt ſilere, nec efferre arcana conſilia? Iubente autem Tarquinio quæ uellet dicere, deq; continendo in ſe ſermonem pollicente, fide data cũ iuramento quale ipſa uoluerat, nullo amplius cum pudore. Quod ad tempus, inquit, Tarquini priuatus regno cogitas iſtud pati? utrum ne ex humilibus & obſcuris ortus es maioribus, & idcirco indignum cenſes ſentire de te magnificè? Atqui ſciunt omnes, quod priſcis progenitoribus noſtris, Græci generis qui eſſent & ab Hercule ducentes originem, imperare cõtigit in felici urbe Corintho dictatorio (ut audio) magiſtratu ætates multas: auo uero tuo Tarquinio ex Etruſcis demigranti, huius urbis potiri regno propter uirtutem licuit, cuius quidem tibi hæreditas non pecuniarum modo, ſed etiam debetur regni, ſenior qui ſis nepotũ. an es tu forſan ſortitus corpus ad agenda ea quæ regem conuenit minus idoneum per imbecillitatem & deformitatem? ſed & robur tibi abunde, quale uiris generoſæ indolis, & forma adeſt

Tulliæ oratio

est regio digna genere. an deest quidem horum neutrum, infirma uero ætas, multumque à sapiendo distans quæ opus est, te retrahit: ob eamque minus tractare audes tu ciuilia, qui non multum abes, quin sis quinquagenarius? atqui pulchre sapere hominibus innatum est, præcipue qui circum illam sint ætatem. an eius qui res obtinet nobilitas, obseruantiáque eiusdem erga præclaros ciues, ob quam haud facile sit captabilis, te omnia pati cogit? at sunt ista utraque in eo male se habentia, quod nec tu ignoras. inest deinde tuis moribus audacia, periculorumque contemptus, quibus maxime opus est regnaturo. Adest tibi diuitiarum satis, & amici multi: suntq; aliæ ad res gerendas facultates, multæque & magnæ. Ad quid igitur differs ulterius, & expectas tempus ut ueniat tibi ultro regnum afferens, nihil in hoc molienti? Post Tullij tandem mortem? quasi uero expectante fortuna dilationes hominum, aut natura cuique nostrum pro ætatis modo mortes afferente, ac non in incerto uixq; opinabili fine positis humanis omnibus. dicam enim licenter, etiam si me dicturus sis temerariã, id, quod mihi uidetur causa ut nihil appetas aut honoris aut gloriæ. Viuit tecum haud similis moribus tuis uxor, quæ te blanditijs pelliciens & deuinciens mollem reddidit: perque eam te latebis ex homine redactus in nihilum. ut & mihi quidem adest trepidus, & nihil uiri maritus habens, qui me humilem facit, magnis dignam rebus: & quæ corporis sortita pulchritudinem, ab eo maceror. Quod si illud contigisset, ut & tu me uxorem cepisses, & te ego uiro potita essem, nõ in priuata uita tempus tantum utique uixissemus. Et cur igitur non corrigimus fortunæ defectum ipsi permutantes matrimonia? tuque uita uxorem liberas? quod ego idem de uiro faciam. Quando autem his digestis unà conueniemus, tute ipsi iam de reliquis consultabimus, semotis eis quæ nos impediunt. Nam si in cæteris ueretur aliquis iniuste agere, regnãdi causa haud reprehensibile est audere omnia. Talia dicente Tullia, læte accipit conditiones Tarquinius, dansque ei fidem quamprimum, ac capiens impiarum nuptiarum primitias transigensque abit. Neque multo post ijsdem morbis, senior filiarum Tullij, iuniorq; Tarquiniorum, obeunt. cogor autem hic iterum Fabij meminisse, & incuriam eius circa discussionem temporum arguere. Nam Aruntis morti insistens, non in uno tantum peccat (quod prius dixi) scribens eum Tarquinij fuisse filium: sed in altero quoque sepultum eum dicens à matre Tanaquile, quam ipsam quidem absurdum est ad illa superfuisse tempora. Demonstratum enim est annum eam supra quintum & septuagesimum natam, cum obijt Tarquinius. Additis his quinq; & septuaginta annis, alteris quadraginta (nam in annalibus descriptionibus circiter annũ quadragesimum imperij Tullij mortuum Aruntem accepimus) centum fiet annorũ & quindecim Tanaquil. Adeo paucum est ei in historijs ad inquisitionem ueritatis laborioso. Post hoc opus autem nihil cunctatus Tarquinius, uxorem ab-

ducit Tulliam, neque patre eius firmante matrimonium, neq; matre comprobante, sed exhibentem se ipsam accipiens. Vbi uero commixtæ sunt impiæ homicidialésque naturæ, eiícere principatu Tullium, nisi ultro uellet cedere, machinabantur, sodalitates comparantes, & ex patriciis quicunque animo alieno essent erga regem & decreta popularia: aduocantes & ex plebe egentissimos, quibus nulla æqui bonique esset cura, ementes pecuniis, nec obscure ipsi quicquam horum peragẽtes. Quæ uidens Tullius, dolebat quidem de se etiam solicitus, ne quid præuentus pateretur. angebatur autem non parum, si cum filia & genero bellum gerere, deq; eis, ut de inimicis supplicium sumere cogeretur. atque sæpius cum amicis aduocans in sermones Tarquinium, aliquáq; eius reprehendens, aliorum admonens, aliáque ipsi suadens, ne quid in se peccaret, postquam sibi ille mentem non adhibebat,

Tullij oratio

sed in consilio se aiebat iusta dicturum, conuocato senatu, Patres inquit, Tarquinius sodalitates congregans enitensque me imperio eiícere, palam cognitus est mihi. Volo autem uobis omnibus præsentibus ab eo discere, quid priuatim is mali passus, aut in quo à me ciuitatem læsam uidens ipse ista machinatur. Iamque Tarquini responde nihil occulens cuius rei me accusandum censeas, quandoquidem tu hos audire postulas. Dicitq; ei Tar-

Tarquinij oratio

quinius: Atqui breuis sermo Tulli pro me est, & iustus, ac propterea elegi ipsum coram his efferre. auus meus Tarquinius possedit Romanorum imperium, multa magnáque pro eo sustinens discrimina. Eo autem uita functo ego sum successor ex legibus omnium cõmunibus, Grecorumq; & barbarorum: meq; conueniens est, sicut alios succedentes auitis bonis, non solum pecuniarum, sed imperij quoque eius hæredem esse. Sed tu quidem mihi pecunias ab eo relictas tradens, regno ipso me fraudas: tamque diu obtines, ne ipsum quidem assumens iure. Neque enim te Interrex designauit, neque de te decreuit Senatus, neq; comitiis legitimis ista potestate potitus es, sicut auus meus & cæteri ante eum reges. Sed sine laribus & egenam, & quæ ob damnationes & æs alienum decus amiserat gentem, cui nulla erat respublica, largitione emens, omnique corrumpens modo, ac ne tunc quidem te tibi quærere principatum dicens, sed nobis eum custodire simulans orbis & infantibus ad res gerendas transgressus es. omnibus audientibus professus es, ubi nos uiri facti essemus, te mihi seniori imperium esse traditurum. Oportuit igitur si iusta agere uoluisses, te mihi cum aui domum simul cum pecuniis tradidisti, etiam imperium reddere, exemplis usum æquorum uirorum, atque bonorum tutorum operibus, quicunq; pueros regios suscipientes orbos, adultis eis recte iustéque paterna & auita tradiderunt imperia. Quod si tibi ualere sensu nondum satis uidebar, nec esse adhuc ob iuuentutem ad urbem tantam gubernandam idoneus, ubi ego in præcipuum perueni corporis animiqúe robur annos triginta natus, te mihi oportuit simul cum filiæ matrimonio etiam ciuitatis negocia in manus

nus tradere. Ista enim ætate & tu domum nostram administrare, & regni curam cœpisti agere. Erat enim euenturum hæc agenti tibi, primum quidem uti pius iustusque dicereris. deindeq; mihi cõsulens honoris esses omnis particeps, beneficum & patrem, conseruatoremq; te dici audiens, atque omnibus appellari nominibus, quæcunque honoratissima ab hominibus in pulchris rebus apponuntur: ac non quartum iam & quadragesimum annum debuisti me meis fraudare, neque corporis potitum trunci, neq; mentem sortitum fatuam. & postea interrogare audes, quid nã ego passus grauе, inimicum te ducam, & qua causa te accusem. sed tu mihi itaque respondе Tulli, cuius rei gratia haud dignaris me honorum aui hæredem esse, & quam causam priuationis huius honestam inuenire te simulans? utrum ne tu me non esse ex illius genere existimas legitimum, sed subditicium quendam & nothum? sed cur tu igitur educasti me tutor, alieni qui essem generis, domum etiam uiro facto reddens? an me orbum putans puerum, nec ad publica administranda ualidum, qui non multum à quinquagesimo ab sim ætatis anno? Abijce igitur dissimulationem impudentissimarum interrogationum, & iam desine aliquando malus esse. quòd si quid habes iusti ad hæc quod respondeas, paratus equidem sum iudicibus his permittere, quibus uiros meliores non habes in urbe alios quos iam nominare possis. sin autem uitans hos, ut semper consueuisti, ad conductam & obnoxiam tibi turbam cõfugias, id ego minime permittam tibi. Paratus enim sum iusta dicere, & si tibi non persuadeam, uiolenta agere. Desinente autem Tarquinio suscipiens orationem Tullius: Omnia inquit, Patres opus est, ut uidetur, eum qui sit homo expectare inopinata, nihilque absurdum ducere, quandoquidem Tarquinius hic etiam ad priuandum me imperio paratus est: quem quidem ego infantem suscipiens & insidijs petitum ab hostibus seruaui, & educaui, ac uirum factum mihi generum capere sum dignatus. & si quid mihi humanitus accidisset, successorem meorum omnium relicturus fui. Sed postquam mihi præter sententiam contraria omnia euenere, & ut iniustus ipse insimulor, fortunam meam postea deplorans, nunc quidem ei iusta respondebo. Ego tutelam Tarquini infantium uestrum relictorum haud equidem suscepi uolens, sed coactus rebus ipsis: posteaquam auum uestrum hi qui ius sibi regni uendicabant palam occiderunt, uobisque & cognatis eius alijs omnibus insidias clam tendere dicebantur. Idque uestri fatentur omnes, quòd obtinentes illi imperium, ne semen quidem relicturi erant Tarquinij generis. curator autem aut custos uestri nemo erat, præter fœminam, patris uestri matrem: & ipsam quidem defensoribus ob senectutem alijs indigentem: sed in me solo relinquebatur custodem esse desertæ domus, quem tu nunc alienũ, & ad quem nihil pertineat, uocas. His tamen ego rebus præsidẽs, sum aui uestri interfectores ultus, & in uiros uos eduxi.

Tullij oratio

ac uirili mihi ſtirpe nulla exiſtente, uos facere meorum dominos inſtitui. habes igitur iam tutelæ rationem Tarquini, neque conaberis dicere me in his aliquid eſſe mentitum. de regno uero, quando iſtud eſt id, cuius tu me nunc accuſas, audi etiam & quemadmodum eo ſim potitus, & quas ob cauſas nec eo uobis neque alĩ ulli cedo. Poſtquam urbis ſuſcepi curam, ſentiens ipſe inſidias aduerſus me quaſdam ſtrui, uolebam equidem populo res tradere: atque omnes in concionem aduocans imperium eis reddidi, hunc equidem inuidioſum & plus anxietatis habentem quàm iucunditatis ducatum, quiete tuta mutare uolens. haud uero paſſi ſunt Romani hæc me uolentem agere, neque alium dignati ſunt quenquam reipublicæ deſignare dominum, ſed me ipſi detinentes, ferentesque ſuffragia regnum tradiderunt, ſuam ipſorum Tarquini poſſeſſionem, non ueſtram: ſicut auum quoque ueſtrum ad res gerendas eduxerunt hoſpitem, neque ulla affinitate ſuperiorem regem attingentem, quamuis filios Martius rex reliquiſſet adoleſcentes, nec nepotes aut infantes, uti uos Tarquinius. quod ſi communis omnium lex fuiſſet, ut qui natura ſuccederent deficientium regum pecunijs, cum eis etiam regna ſuſciperent, non utique ſuſcepiſſet auus ueſter Tarquinius Anco mortuo principatum, ſed ſenior filiorum eius. Cæterum Romanus populus non utique ſucceſſorem patris, ſed imperio dignum ad res adminiſtrandas aduocauit: putauit enim pecunias poſſeſſorum eſſe, regnum uero eorum potius qui tradidiſſent: & has quidem, ſi quid accidat earum dominis, genere proximos aut teſtamento ſuccedentes capere æquum eſſe: illud uero deficientibus his qui acceperunt, ad eos qui dederint redire: niſi talem tu rationem afferre poſſis, quòd certa ea conditione regnum auus ueſter acceperit, ut & ipſe haberet irreuocabile, & uobis poſteris relinqueret, neque dominus fuerit populus, auferendi uobis, dandique mihi regni. Si enim aliquid tale habes, quòd poſſis dicere, cur non profers pactiones in medium? ſed habes nihil. Quòd ſi ego ut tu dicis, non more optimo potitus ſum regno, nec electus ab Interrege, neq; dante ſenatu mihi hanc poteſtatem, neque cæteris peractis ex lege: hos ſi ſic eſt lædo, non te, ab hiſq; priuari regno dignus ſum, non à te. Sed nec hos ego, neque alium quenquam lædo: teſtis enim & tunc datæ mihi iuſte, & nunc permanentis poteſtatis eſt tempus: per quod quidem quadraginta annos, nemo unquam Romanorum, nec iniuſte agere me exiſtimauit, neque eijcere conatus eſt imperio, neque populus, neq; Senatus. Sed ut hæc omittam, rationibusq; tuis reſpondeam: ſi te aui depoſito fraudaui, præterq; omnia inter homines iuſta regnum tuũ obtineo, oportuit te apud eos qui hanc mihi poteſtatem dedere conqueri, meq; accuſare q; ea quæ non ad me pertinent obtineo, & eos quoq; qui dederint, quia mihi largiti ſint aliena. facile enim perſuaſiſſes eis, ſi quid iuſti dicendum habuiſſes. quòd ſi huic non fidebas

rationi

rationi,ſed iniuſte à me urbem dominari exiſtimabas, teqúe ipſum magis idoneum qui Reip. curam ſuſciperes, te iſta facere conueniebat: inquirentem delicta mea & res tuas geſtas enumerantem, me in iudicium uocare: quorum neutrum effeciſti.Sed poſt tantum tempus,uelut è longa exerrectus ebrietate,nunc ad accuſandum uenis,ac ne nunc quidem ubi opus eſt. Non enim tibi iſta dicere hic conuenit. Neqꝫ mihi ſuccenſeatis patres hæc dicenti.Non enim auferens cognitionem à uobis, ſed calumniam iſtius demonſtrare uolens hæc dico,quem prædixiſſe oportebat, uti populū in concionem aduocarem,ibiqꝫ me accuſare. Verum quando tu iſtud fugiſti,ego pro te id faciam: conuocatóque populo, ipſum exhibebo iudicem eorum, quorum tu me accuſas. reddamqꝫ ei iterum hanc cognitionem, uter noſtrum ſit ad imperium magis opportunus: & quod omnes hi decernēt mihi eſſe agēdum, faciam.ac ad iſta quidem ſatis.Par eſt enim iuſta multa ad impudentes aduerſarios,& pauca dicere. Nam quod eis bonis eſſe ſuadet, non ſolent ſermones afferre. Vos aūt patres ſanè miror,ſi qui ſint ueſtrum qui me regno demigrare uelint,& cum iſto in me conſpirarint. Libenter enim ex eis audirem,cuius rei iniuſtæ cauſa mecum ipſi bellum gerant. & ob quod denique meorum operum mihi ſint infenſi. utrum quia multos ſciant in principatu meo cauſa indicta perditos,aut priuatos eſſe patria,reſúe ſuas amiſiſſe,aut aliqua potitos ſciant eſſe alia calamitate improbe damnatos eos? an ſi harum tyrannicarum iniuriarum nihil habent quod à me factum dicant,contumeliarum autem in nuptas ſunt mihi aliquarum conſcíj, aut uituperíj in uirgines,aut alicuius alterius in corpus liberum intemperantiæ? Iuſte utiqꝫ,ſi qua in re tali mihi peccatū eſt,imperio ſimul & anima priuandū me eſſe dixerim.At ſuperbus ſum, & ob grauedinem quandam odioſus,propterqꝫ arrogantiā qua in principatu utor,nemo ferre me poteſt. & quis enim præcedētium regum tā moderatus in poteſtate fuit? tamqꝫ humanus idem ciuibus oīibus apparuit,tanqꝫ pater mitis filíjs ſuis utens: ut qui etiam poteſtatē eam,quā uos mihi dediſtis,patrū cuſtodientes uos ſuſceptiōes,habere omnē noluerim:ſed leges ſtatuēs de rebus pręcipuis,quas uos omnes cōfirmaſtis,conceſſi uobis ſecundū eas iuſta dare & accipere: egoqꝫ me exinaniui, primus eis quæ in alios ſtatuerā ſicuti priuatus parēs. ac ne iniuriarū quidē omniū iudex fui,ſed priuatas cognoſcendas ipſe uobis dedi,qd nullus antea ſuperiorū regū fecit.Sed iniuriū nihil uideē unde mihi infenſi ſint aliqui:beneficia uero mea in populare multitudinē immerito uos offendunt,de quibus ſæpe excuſaui me uobis. Sed quid opus eſt nunc his ſermonibus? Si uobis melior ad Remp.adminiſtrandā Tarquinius uidetur iſte res ſuſcipiens,haud equidem inuideo ciuitati meliorē ducem. reddito enim imperio ei,qui mihi dedit populo, ipſe priuatus factus conabor oſtendere,quod & pulchre imperare ſcio,& ſubeſſe moderate poſſum.Hæc

Apoſtrophe ad patres

cum dixiſſet, & in multum adduxiſſet pudorem conſpirantes in ſe, conſilium diſſoluit. Poſteáque præcones aduocans, iuſſit eos per compita euntes, populum omnem in concionem conuocare. Concurrente uero in forum ab omni parte urbis turba, progreſſus ipſe ſuper pulpitum, longamqué & commiſerandam orationem habuit, actiones ciuiles enumerans, quas & Tarquinio uiuo peregerat, & quas poſt mortem eius: unumquodq; geſtorum colligens, ex quibus multas magnasqué commoditates reſpublica habuiſſe uidebatur. Secuta autem ad unumquodq; narratorum iſtorum multa laudatione, cupientibusqué omnibus diſcere, quarum rerum cauſa hæc diceret, ad extremum ait, obijcere ei Tarquinium, quòd haud iuſte obtineret regnum, ipſum quidem ad ſe pertinens: reliquiſſe enim ſibi morientem auum Tarquinium, ſimul cum pecunijs etiam imperium, neque dominum eſſe populum dandi alteri aliena. Clamore autem exorto ex his, & indignatione omnium, ſilere eos iubens Tullius poſtulabat, ne ægre ferrent hunc ſermonem, neúe indignarentur: ſed ſi quid iuſti haberet Tarquinius, quod diceret, ipſum aduocarent: & edocti ſi iniuriam accepiſſe eum inuenirent, ſicq; ad imperandum potiorem, principatum ei darent. Ipſe autem ſe imperio abdicare dixit, dominisq; reddere, qui id ſibi tradidiſſent. Hæc cum dixiſſet, uelletqué pulpito deſcendere, clamor undique exortus eſt, precesq; cum ululatibus ne cuiquam imperio cederet. quidam etiam ex eis Tarquinium feriendum conclamabant. Illeque igitur impetum manuum timens qui iam ei imminebat à turba diſceſſit, fugiens ſimul cum amicis: Tullium autem multitudo omnis, cum gaudio plauſuq; & fauore comitata uſque in domum propriam collocauit. Vbi uero hoc conatu excidit Tarquinius, mœrens nihil ſibi auxilij affuiſſe à Senatu, cui maxime fidebat, tẽpus quoddam ſe domi cõtinuit cũ amicis ſolis loquens. Deinde aũt ſuadente uxore, ne amplius molliciei ſe traderet, néue uereretur, ſed abiectis rationibus ad opera ſe accingeret: reconciliationes primum cũ Tullio per amicos inueniens, ut ſibi ille credens tanq; amico facto minus eum cuſtodiret, cũ uiſa eſſet uxor optima propoſuiſſe, pœnitere ſe geſtorum ſimulauit: multisq; precibus per amicos Tulliũ deliniens ignoſci ſibi poſtulabat. facillimeq; perſuaſo eo cũ natura conciliabili, tum haud dignante execrabile bellum cum filia generóque gerere: ubi tempus nactus eſt idoneum, diſperſo per agros populo ad perceptionem fructuum cum amicis exit habentibus ſub amictu gladios, ſecures tradens miniſtris quibuſdam, ueſtemq; ipſe aſſumens regiam, & cætera adducens imperij inſignia: atque in forum pergens, anteq; Curiam conſiſtens, per præconem citari iuſſit in concilium ſenatores. Erant autem ex compoſito præparati apud forum rei ipſius conſcij, atq; properãtes ex patricijs complures quidem conuenerant. Tullio autem domi cõmoranti dicit quidam ad eum ingrediens, proceſſiſſe in ueſte regia Tarquiniũ,

aduoca

aduocareq; in senatum patres. Ille autem admiratus audaciam eius, celeri/
us ex ædibus,quàm prudentius egreditur, habens circum se haud multos.
Atque in Senatum ueniens,uidensq; Tarquinium in regia sedentem sella,
reliquumq; habentem regium ornatum omnem:Quis tibi,inquit,sceleſtiſ/
sime hominum hunc habitum permisit sumere. Respondensque ille, au/
dacia, inquit, & impudentia tua Tulli, qui ne liber quidem, sed seruus ex
serua natus, quam ex captiuis sumptam auus meus possedit, te ipsum
ausus es Romanorum creare regem. Vbi uero hæc audiuit Tullius, excan/
descens ex hoc sermone præter utilitatem,impetu ad illum fertur, ut depul/
surus è sede. Quod iucunde uidens Tarquinius exiliuit, senemque corripi/
ens clamantem aduocantemq; ministros efferebat. Et ubi extra senatum
fuit sublimem eum attollens, corpore robusto ipse & ualidus deiecit secun/
dum crepidines Curiæ, quæ in concionarium ferunt. Vix autem ex eo ca/
su resurgens senex,ut plena circum uidit omnia auxiliorum Tarquinij,ami/
corumque suorum multam solitudinem, abibat anxius, tenent bus comi/
tantibusq; eum paucis, multo quidem perfusus sanguine, seque totum ex
ruina illa male habens. Post hæc auditu fœda fatuq; mira, incredibiliáque
traduntur impiæ filiæ eius opera. Audiens enim patris in senatum ingres/
sum, curæque habens scire quem finem habituræ res essent, sedens ipsa in
uehiculo in forum uenit: & quæ facta essent discens,uidensq; Tarquinium
super gradibus astantem Curiæ, prima ipsa magna uoce regem eum salu/
tauit,& dijs uouit ut in commoda Romanæ urbis imperium obtineret.Sa/
lutantibus autem ipsum quoq; cæteris administris, ut regem, prehendens
ipsa solum dixit: Res peracta est Tarquini pulchre. Sed habere uiuo Tul/
lio te regnum haud sanè licet. Ductabit enim popularis ipse, rursus in te
turbam, si uel paululum huius diei uiuat. Scis enim quàm sit plebs ei om/
nis beniuola. Ante igitur quàm domum intret,missis qui interficiant, tolle
eum è medio. Et his dictis ascendens iterum currum abijt. Tarquinius
autem recte putans monuisse uxorem impiam, ministros cum gladijs ad
eum mittit. Qui multa cum celeritate superato eo quod intererat spatio,
iam domui propinquum Tullium deprehendentes interficiunt. Proiecto
autem nuper occisi corpore,adhuc palpitante præsto affuit filia,& cum ual/
de esset arctum compitum per quod uehiculo transeundum erat, uidentes
stragem illam, statim exturbatæ sunt mulæ: ducens que eas auriga,miseri/
cors quiddam patiens ex hoc aspectu astitit, ad dominam que respexit.
Interrogante uero illa quam ob passionem suam mulas nõ ageret.An non
uides,inquit, Tullia patrem tuũ iacentem mortuum? neq; alium esse tran/
situm mulis,nisi per hanc stragem.Illa autem excandescens atq; scabellum
corripiẽs,quod subiacebat pedibus,in aurigam illud iecit,dicens: an nõ du/
ces ignauissime etiã per mortuum. Ille autem ex hoc affectu, magis quàm
ob plagam illam gemens,ui adigit per corpus mulas.Hicq; uicus Cyprius

Tullius occiditur

prius

prius uocatus, ex illo diro ſceleſtóque facinore, à Romanis lingua patria uocatur Impius. taliq; obitu potitus eſt Tullius, annos regnans quatuor & quadraginta. Eum uirum dicunt Romani primum conſuetudines patrias aciura mutaſſe, capientem imperium non à ſenatu & populo, quemadmodum ſuperiores omnes: ſed à populo tantum, fallaciis & largitione, aliisque multis adulationibus colentem inopes. Sicq; habet ueritas. Nam antea moriente rege, poteſtatem dabat populus concilio ſenatorū eligendi quem modum uellet Reip. adminiſtrandæ. Senatus autem Interreges creabat, illiqúe uirum optimum ſiue ex finitimis, ſiue ex ciuibus, ſiue etiam ex hoſpitibus regem deſignabant. Sicq; electum ab his approbaſſet Senatus, tuliſſetq; populus ſuffragium ac confirmarent auſpicia, hic imperium ſuſcipiebat. Deficiente uero horum aliquo, alterum nominabat, ac deinde tertium, ſi ſecundo nō obueniſſent ab hominibus à diisq; irreprehenſibilia. Tullius autem tutoris primum regij perſonam ſumens, ut dictum mihi ſuperius, deinde humanitatibus quibuſdam populum ſibi peculiarem faciens, ab eo dictus eſt rex ſolo. Clemens uero mitisqúe ipſe criminationes diſſoluit obiectorum, quod non omnia ex legibus peregiſſet, poſterioribus operibus. Suſpitionem autem multis præbuit, quòd niſi cito occiſus eſſet, mutaſſet formam Reip. in popularem ſtatum. Hácque ei cauſa præcipue patricios dicunt quoſdam eſſe inſidiatos, nequeuntes ipſos aliter poteſtatem eius euertere, ad resq; capeſſendas Tarquinium aſſumere, compararéque ei imperium, cum uellent plebem, quæ non parum ſibi potentiæ arripuerat ex adminiſtratione Tullij, affligere: dignitatémque priorem ipſi recuperare. tumultu autem multo per urbem orto, & ululatibus ex morte Tullij, ueritus Tarquinius, ne ſi per forum mortuus efferretur, ut eſt Romanis conſuetudo, regio cum ornatu, & cæteris quæcunque in funeribus lex poſcit, impetus in ſe aliquis plebis fieret, priuſquam firmum & ſtabile obtineret imperium, nō permiſit ei aliquid legitimorum honorum fieri. Verum uxor eius, filia ipſa Tarquinij ſuperioris regis, cum paucis amicorum per noctem corpus extulit, ut uulgaris alicuius, multumq; deflens ſuam, illiusqúe fortunam, diráque omnia imprecans genero & filiæ, corpus terra occuluit. Abiensq; domum à tumulo unamq; diem poſtea ſuperuiuens, nocte ſequenti moritur, quo mortis genere, ignoratum eſt à multis. Dicebant enim alij deſpicientē ipſam uitam præ dolore ſua manu concidiſſe. Alij uero à genero filiáq; occiſam miſericordiæ eius beniuolentiæq; in uirum ſuum cauſa. Ac funere igitur regio monumentoq; illuſtri ob has cauſas accidit minime potiri Tulliū. Memoria uero æterna ex rebus geſtis per omne tempus illū potiri licet. declarauit aūt numen, fuiſſe uirum hunc religioſum & deo charum, alio quoque opere, ex quo ea quæ de genitura eius fabuloſa incredibilisq; opinio (ut ante dictum eſt mihi) credita eſt à multis. In Fortunæ namq; templo, quod ipſe conſtruxit, ſtatua eius poſita, lignea inaurata, or-

to

to incendio,concrematisque & corruptis cæteris, sola permansit,nulla acce/pta per ignem labe. Ac nunc etiam templum quidem, cæteráq; in eo quæ/cunq; sunt, in ornatum priorem post incendium restituta nouæ artis appa rent clare. Statua uero qualis prius fuit prisco adornatu permanet ea adhuc ueneratione à Romanis potiens. Ac de Tullio hæc accepimus. Post eũ ue/ro Lucius Tarquinius principatũ Romanorum suscepit,non ex legibus qui dem eum, sed armis occupans,anno quarto primæ & sexagesimæ Olym/piadis,qua uicit in stadio Agatharchus imperante Athenis Heracleo. Hic/que plebis despiciens multitudinem,despiciensq; patricios à quibus erat ad imperium productus, consuetudinesq; & leges & ornatum gentilem om/nem,quo priores reges urbem decorant confundens atque corrumpens, in confessam tyrannidem principatum conuertit. Primum quidem custodi/am circum se statuens hominum ferocissimorum indigenarumque & alio/rum, qui nocte circum regiam excubantes,ac per diem exeuntem illum se/quentes quocunque iret, multam ei ab insidiantibus securitatem exhibe/bant. Qui nec ipse egressus continuos aut statutos, sed perraros inopina/tosque faciebat, dans responsa de publicis domi plurimum & astantibus necessarijs suis,in foro parum: uolentiumque ad se ingredi neminem per/mittebat,nisi si quem uocaret ipse,adeuntibus se nequaquam benignus aut mitis. Sed ut tyrannus grauis & difficilis iracundia,terribilisq; potius aspe/ctu quàm alacer,controuersiarum sponsionumque iudicia, non ad iura,nec ad leges, sed ad mores suos referens peragebat, propterque hæc cogno/mentum illi imposuere Romani Superbum. Significat autem istud in lin/gua nostra ὑπερήφανον, auumque eius uocabant Priscum, ut nos dicere/mus πρεσβύτερον, Erat enim utroque nomine cognominis iuniori senior. Postquam autem iam esse ualidus opinatus est ad obtinendum imperi/um, comparatis amicorum pessimis per eos in criminationes adducebat, inque capitales causas multos illustres uiros, primum quidem inimicos,qui regno Tullium excidere noluissent. deinde etiam ex cæteris, quos suspica/batur ægre ferre mutationes regis,& quibus multæ erant opes. Hique igi/tur uocantes istos in iudicium,alios alijs falsis causis insimulantes, maxime autem q̃ insidias regi statuerunt,sub eodem iudice ipsos accusabãt. Ille aũt morte alios,alios exilio mulctãs,occisorumq;,& proscriptorũ bona auferẽs, partem quandam paruã accusatoribus impartiebat,maiorẽ ipse capiebat: erant igitur potentes multi,antequam captarentur adductis sibi iudicijs, intelligentes quorum causa eis insidiæ tenderentur sponte urbem tyranno relicturi,hicq; multo fuere plures quàm cæteri. Erant etiã qui occulte perde/rentur ab istis,& in domibus & per agros correpti uiri mentione digni,quo rum nec corpora quidem deinceps apparebant. Postea uero,quàm ab eo perdita est pars senatus præclarior mortibus exilijsq; perpetuis, senatum alium constituit, adducens ipse ad honores deficientium amicos suos: nec

Lucius Tarquinius VII Rom. Rex Olympiade LXI

huiusmodi

huiuſmodi tamen uiris quicquam agere permittens aut dicere, quod non ipſe iuſſiſſet: ita ut quicunque relicti erant in ſenatu ex ijs qui Tullio aduerſabantur, diſſidentes à plebe, eo uſque opinati mutationem reipublicæ in rem ſuam fore (ſic enim eis pollicitus erat Tarquinius decipiens & dans uerba) tunc diſcentes ſe nullius eſſe partis Reip. participes, ſed & ipſos ſimul cum plebe fiducia priuatos eſſe, deplorarent ſuſpicantes grauiora fore præſentibus quæ expectabantur: complecti uero præſentia cogebantur, non habentes uires quibus inhibere poſſent quæ agebantur. cernentes autem plebei iſta, iuſta ipſos pati opinabantur, gaudebántque præ uoluptate tanquam graui ſolis illis tyrannide, nullóque ſibi periculo. Euenere tamen eis etiam haud multo poſt complura grauia. nam & leges ſcriptas à Tullio, quibus ex æquo iuſta inuicem capiebant, nec à patricijs (ut antea) in contractibus lædebantur, omnes ſuſtulit: ac ne tabulas quidem, in quibus hæ ſcriptæ erant, reliquit: ſed ipſas quoque tolli iubens è foro corrupit, collationesq; tributorum ex cenſu diuertit, moremq; priſtinum reſtituit, & cum ei opus eſſet pecunijs, parem ſummam cum locuplete pauperrimus conferebat. Hicque modus adminiſtrationis magnam partem plebeiæ multitudinis abſumpſit, coacto ſtatim ex prima collatione per capita, drachmas denas uno quoque conferre. conuentusq; omnes quicunque prius fiebant, paganorum aut curiarum, aut uicinorum, & in urbe, & per agros ad immolationesq;, & ſacrificia omnia publica ne amplius fierent, edixit: ne conuenientes in unum multi, arcana inter ſe cõſilia agitarent de diſſolutione imperij. Erant enim diſperſi ei ſpeculatores quidam perſcrutatoresq; eorum quæ dicerentur, aut agerentur: latentes quidem illi multos, congredientésque in ſermonem cum proximis, & quandoque de tyranno ipſi obloquentes de uniuſcuiuſque ſenſu experimentum capiebant. & quos deinde ſentiebant ægre ferre præſentia, ad tyrannũ deferebant. pœnæ autem in delatos amaræ erant, & inexcuſabiles. Neque ei ſatis erat tantum iſta præter legem in plebem agere, ſed electis ex multitudine ijs, qui erant ei fidi, & ad bellicos uſus idonei, operari cogebat reliquos, quæ ad urbem opportuna eſſent, maximum putans eſſe principibus periculum ciues peſſimos & egentiſſimos ocioſos eſſe. Simulq; promptitudinẽ adhibuit in principatu ſuo, ut relicta ab auo opera perficeret, eductrices aquarum foſſas defodi ab eo cœptas ut ad flumen uſque deduceret: circóque maximo nihil habenti præter crepidines, foros adderet. Inq; hæc omnia operæ erãt pauperum, hicq; cibaria ab eo moderata accipiebant: alij cędentes materiam, alij plauſtra quibus hæc portabantur ducentes, alijq; ſuper humeros ferẽtes onera: perſcrutantesq; ſpeluncas alij ſubterraneasq; foſſas atq; cloacam maximam receptaculum purgamentorũ urbis, & qui in eis eſſent fornices laxantes, foroſque erigentes. & alij his qui hæc agerent, opificibus ſubminiſtrantes, excuſores, fabri, lapicidæ à propriis abſiſtentes operibus, in publicos detinebãtur uſus.

In his

In his igitur operibus exercitus populus nullam requiem capiebat: ita ut & patricij horum mala aliena cernentes ex parte gauderent, propriorũq; obliuiscerentur, prohibere uero quæ fierent neutri conabãtur. Considerans autem Tarquinius q; eis, qui non ex legibus acciperent, sed adepti essent armis principatus, non incolarum modo, sed etiam externorũ opus esset custodia: illustrissimum Latinæ gentis uirum potentissimumq; studuit amicum facere, dans ei nuptum filiam. Vocabatur autẽ Octauius Mamilius, referebatq; genus suum in Telegonum ex Vlixe & Circe genitum: habitabatq; in urbe Tusculo: uidebaturq; inter paucos rerum ciuilium peritus, & ad exercitus ductandos idoneus. Hunc uirum igitur amicum habẽs: & per ipsum maximos in unaquaq; urbe publica administrantes sibi concilians, tunc quidem aggressus est campestre tentare bellum exercitum q; aduersus Sabinos educere: nolentes ipsos iussis eius obtemperare, sed solutos se fœderibus putantes, ex quo Tullius obierat, cum quo icta erant fœdera. Hæc autem cogitans per nuntios suos prædixit ut in Ferentinorum forum conuenirent ex Latinis ij qui de rebus publicis cõsueuerant consiliarijq; esse, diem ipse quandam statuens, tanq; de rebus cõmunibus magnisq; consultaturus. hiq; igitur aderant, Tarquinius autẽ ipse, qui eos euocauerat, tardauit. ut autem multum præterijt sedentibus istis temporis, atq; uisum est pluribus contumeliam hanc rem esse, uir quidã in urbe habitans Aricia, potens opibus & amicis, belloq; strenuus nec ad eloquendum ciuiles sermones inhabilis, Turnus Herdonius nomine, à Mamilio ob ambitionem in administratione Reip. dissidens, atq; Tarquinio propter Mamiliũ eundem infensus, q; illum generum potius q; se dignatus esset accipere, in eum uehementer inuectus est: cum alia percurrens accusansq; eius uiri opera, quibus quidem arrogantia quædam adesse grauedoq; uidebatur: tum hoc etiam q; non adesset ad conuentũ ipse qui euocarat, cum alij adessent omnes. Excusante autem Mamilio & in necessarias quasdam causas referente Tarquinij cunctationem, postulanteq; differri colloquiũ in diem posterum, persuasi primores Latinorum consilium distulere. Affuitq; ea die Tarquinius: atq; congregato concilio, pauca quædam de cunctatione sua præfatus, uerba statim de ducatu intulit, tanq; iure ad se pertinente, quandoquidem auus suus Tarquinius ipsum obtinuisset quæsitum bello: pactionesq; exhibuit, quæ urbibus cum illo essent. multumq; sermonem de iure, deq; fœderibus percurrens: & magna urbibus emolumenta pollicitus, si in amicitia permanerent: ad extremum suadebat eis, uti secũ aduersus gentem Sabinorum militarent. Vbi uero fecit finem dicẽdi, assurgens Turnus tarditatemq; eius criminatus, haud sinebat consessores principatu ei cedere: tanq; ipso neq; iure ad eum pertinente, neq; etiam in utilitatem Latinorum concedendo: deq; utroq; ei multus fuit sermo. Fœdus quidem, quod cum auo eius fecerant, tradentes ei ducatũ, esse solutum dicens post mortẽ

Turnus Herdonius

Turni oratio

eius,quia minime asscriptum esset fœderibus,hoc idem fore etiam Tarquinij nepotibus liberale munus.Eum quoq;,qui postularet hæres esse honorum aui,omnium hominum iniquissimũ,pessimumq; demonstrans, actiones eius enarrans,quas occupando Romanorũ imperio peregerat: ac multas grauesq; percurrens in eum accusationes,ad extremum docebat, q; nec Romanorũ regnum habuisset ex legibus à uolentibus acceptũ,sicut superiores reges.sed armis & ui corripiens tyrannicumq; constituens dominatũ: ciues quidem alios occiderat:alios patria expulerat:alios opibus spoliarat: unà eis autem omnibus fiduciã libertatemq; abstulerat. magnæq; fatuitatis dicebat, læsionisq; deorum esse, à prauis impijsq; moribus boni aliquid,humaniue sperare,aut existimare eũ qui cognatis proximis necessarijsq; suis nõ peperciisset,alienis ipsum esse parsurum. Ad extremumq; admonebat, esse eis,postquam nondum seruitutis frenum accepissent,de non suscipiendo eo dimicandũ,cõiectantibus quidem ex ijs quę alij passi essent, quid tandem sibi patiendum foret. Tali uso discursu Turno, & his sermonibus admodum permotis multis,petens tempus Tarquinius ad defensionem diem secuturam,& accipiens:ubi dimissum est cõsilium, aduocatis necessarijs speculabatur quonam modo rebus utendum esset. Alij igitur sermones ei ad defensionem adhibendos subijciebant,deq; modis quibus coli multitudinem oporteret ratiocinabãtur.Ille uero nullius istorum indigere res dicens,suam ipsius sententiam protulit.Haud esse quidẽ crimina diluenda,sed accusatorem ipsum criminatoremq; tollendũ.Laudantibus autem sententiã eius omnibus,constituens cum eis quo modo impostura aggrederentur,qui minime casurus esset in prouidentiã cautionemq; humanam,ex agentibus iumenta seruis portantibusq; supellectilẽ Turni, quosdam inuenit pessimos: quibus corruptis pecunia persuasit, ut nocte gladios multos accipientes in diuersorium domini inferrent, atque reponerent abscondentes in diuerticulis,inq; uasiferis capsis. Die autem postero cõgregata concione procedens ipse,obiecturum ei breuem esse defensionẽ dixit, iudicemq; eorum omnium accusatorem ipsum facere.Hic enim inquit Turnus ó consessores,horum omniũ quorũ me nunc accusat, iudex factus ipse me absoluit,cum filiã meam uolebat uxorẽ capere: postea uero q; non dignatus est cõnubio,ut æquũ fuit:& quis enim mentẽ habens Mamiliũ generosissimum & clarissimũ Latinorum extruderet,hunc q; generum dignaretur capere,qui ne tritauum quidem habet, in quem genus suum referat: indignatus ex hoc is me nunc accusatum uenit. Oportuit aũt ipsum ,si quidem me talem sciebat,qualẽ esse nunc insimulat,haud conari tunc socerum me capere.Si uero probũ existimabat,tunc cum filiã meã petebat,nõ ut improbũ nunc accusare:ac de me ipso quidẽ nõ plura : uobis autẽ consessores periculũ imminet maximũ.Non enim de me nũc est speculandũ,utrũ probus sim an improbus : licebit enim hoc etiã uobis postea: sed de securitate

Tarquinij oratio

uestra

ueſtra,deq; patriæ cuiuſq; ueſtrum libertate. Tenduntur namq; primoribus urbium,tractantibusq; publica inſidiæ,ab hoc pulchre populari:paratumq; eſt,ut interfectis ueſtrum illuſtriſſimis,imponatur ipſe Latinorum imperio: Et ad hoc uenit.Hæcq; ego non coniectans,ſed certo ſciens dico ex indicio mihi allato nocte præterita à participe quodam coniurationis. Argumentum autem uobis exhibebo uerborum meorum indubitabile ſi uoletis ad diuerſorium eius ire,abſconſa uobis in eo oſtendens arma. Hæc ubi dixit, conclamauerunt omnes,de ſe ipſi etiam ſolliciti,ut rem probaret,ac ne deciperet,poſtulabãt: Turnusq; ipſe,ut qui inſidias minime præſenſiſſet, lætus inquiſitionem ſe dixit accipere.Simulq; præſidẽtes ad perſcrutationem diuerſorij aduocauit.Fieriq; ait oportere,alterum de duobus, aut ipſum mori,ſi parata inuenirentur apud ſe arma,præterquam itineraria, aut qui de ſe mentitus eſſet,parem ſubire pœnã. Sunt hæc approbata, & euntes domũ eius, deprehendunt reconditos à famulis gladios.Poſt hocq; Turnũ haud amplius emittere uerbum ſinentes, in uoraginem quandam deiciunt. defodientesq; ſub terra uiuum adhuc,ſubito perdiderunt.Atq; laudatũ Tarquinium in contione,ut communiter de urbibus benemeritum, ſeruantem ipſarum uiros optimos,Ducem gentis eius eligunt iiſdem iuribus quibus antea auum ſuum Tarquinium elegerant,poſtq; eum Tullium.conſcribentesq; in baſibus pactiones,ac de obſeruatione compoſitorum iuſiurãdum dantes,diſſoluẽre conuentum.Potitus autem Latinorum ducatũ Tarquinius,legationem etiam ad Hernicorum urbes Volſcorumq; miſit,illas quoq; in amicitiam ſocietatemq; prouocans.Atq; Hernici quidẽ omnes ſocietatẽ decreuere, Volſcorum uero gentis urbes duæ tantum prouocationes recepere,Ecetrani & Antiates. Vt manerent autem per tempus omne urbibus compoſita,prouidentiam adhibens Tarquinius,deſignare templum ſtatuit Romanisq; & Latinis commune,atq; Hernicis, & Volſcis,eis quidẽ qui in ſocietatem ſcripti erant: ut conuenientes quocunq; anno in deſignatũ locum nundinarent unaq; ueſcerentur,ac de communibus extis partẽ quiq; eorum caperent. Grate autem ſuſcipientibus rem omnibus,locum deſignauit,ubi conuentum facerent in medio maxime gentiũ earum poſitum:montem celſum,qui Albanorum ſuperſtat urbi,in quo nundinas quotãnis agi & inducias eſſe omnibus erga omnes lege ſtatuit.Sacrificiaq; perfici cõmunia Latiali Ioui:epulas idem quoq; ſtatuẽs,quas exhibere oporteret ad ſacrificia unamquanq; urbem,& quã partem unãquanq; accipere.Quæ uero participes erant huius ſolennitatis & ſacrificij urbes fuere, tribus demptis, quinquaginta.Has autẽ ſolennitates & ſacrificia Romani uſq; ad hæc noſtra tempora perficiunt,Latinas eas uocãtes: Feruntq; in eas hæ, quæ participes ſunt ſacrorũ,urbes:aliæ agnas,aliæ caſeos,aliæ lactis menſurã quandam,aliæq; his ſimile aliquod molę genus. Vno autem tauro communiter ab omnibus immolato ſtatutã partem urbs quæq; accipit. Sacrificãt enim

Mors Turni

Tarquinius dux Latinorũ

Iupiter Latialis

pro omnibus, principatumq; sacrorum Romani habent. Postea uero & auxit his societatibus imperium, exercitum educere aduersus Sabinos instituit. Atq; eligens ex Romanis ipsis, quos minime suspicabatur si potestas armorum fieret uendicaturos se in libertatem, atq; profectas à socijs uires suscipiens multo maiores ciuilibus, populatus est Sabinorum agros: & ijs qui obuij fuerant pugna uictis, exercitum in Pometinos duxit: qui quidem urbem incolebant Suessam, felicissimiq; esse uidebantur finitimorum omnium, propterq; fortunæ magnitudinem molesti omnibus, grauesq; erant accolæ. Obijciebat autem eis rapinas quasdam & latrocinia: de quibus illi postulati rationem, contumacia responsa dederant, erantq; parati ipsi & in armis ad suscipiendum bellum. Conferens autem cum eis manum Tarquinius circa confinia, multosq; eorum interficiens, ac reliquos in fugam uertens, includensq; mœnibus: postquam amplius non exibant urbe, castra firmans, fossam uallumq; circumduxit: incursus faciens aduersus muros suos crebros. Repugnabantq; primum obsessi, diuq; multo labore restiterunt. Verum ubi defecere eis cibaria, debilitati corporibus, neq; auxilium habentes aliquod, neque requie potientes, sed die noctuq; miseri laborantes, per uim capiũtur. Habensq; igitur Tarquinius in potestate urbem, eos qui in armis erant, occidit: Vxores autem eorum & filios, & qui captiui esse toleraverant, famulorumq; multitudinem numerari haud facilem, militibus abducendam dedit. Resq; cæteras abducendas & ferendas, si quis aliquid adeptus esset intra muros siue in agris, permisit. argentum autem & aurum quantum inuentum est, congregans in unum locum, decimamq; excipiens in constructionem templi, militibus reliquas pecunias distribuit. Adeoq; multum auri argentiq; capti affuit: ut singulos milites quinas argenti minas accipere contigerit, & quæ deis decumata erat pecunia haud minus quadringentis talentis fuerit. Adhuc autem commorante eo Suessę, aduenit nuntians quidam exisse ualidissimam Sabinorum iuuentutem: & duobus exercitibus in Romanum agrum irrumpentẽ, prædã ex agris agere: partem unam prope Eretum iacto uallo circũquaq;, circumq; Fidenas aliam. Ac ni uis eis obuia fiat aliqua, perdent, quæ ibi sunt omnia. Vbi uero hæc audiuit Tarquinius, partem quandam paucam Suessæ relinquens exercitus, iussam prædam apparatumq; custodire: reliquumq; robur exercitus expeditum assumens, aduersus eos qui ad Eretum castra habebãt duxit. posuitq; castra sublimia, paucum quiddam loci mediũ inter se hostesq; relinquens. Cum autem uisum esset ducibus Sabinorũ ut die postero mane prælium committerent, accersito altero qui ad Fidenas considebat exercitu, cognoscens mentem eorum Tarquinius (Erat enim interceptus, is qui ferebat literas ab his ad illos) prudentia usus est ad hunc casum fortuitum tali. diuidens bifariam copias, alteram partem emittit noctu clàm hostibus in ferentem Fidenas uiam, alterã uero simul ac dies claruit statuẽs in aciem

Suessa

Suessa expugnatur

produxit

produxit ex uallo in pugnam. Atq; Sabini fidentes ex aduerso exiuere, ui/dentes ipsi hostes non multos, & alterum affuturum exercitum iam iam Fi/denis existimantes. Pugnaruntq; æquo marte utriq; diu. Præmissi uero à Tarquinio per noctem conuersi ex uia, & à tergo Sabinis facti interim su/peruenere. Quos uidentes Sabini atq; cognoscentes ex armis & signis, ex/cidêre consilio, atq; abiectis armis seruare se conabantur. erat autem diffi/cilis eis salus, multis undique circundatis ab hostibus, imminenteq; undiq; præcludenteq; eos equitatu Romanorũ: adeo ut pauci quidam seruati sint grauia omnia subeũtes. Plures autem sunt ab hostibus trucidati, aut se ipsi dedidere. Sed nec illi qui in castris relicti erant restitere: sed est captum pri/mo incursu uallum. ubi quidem simul cum proprijs Sabinorum opibus, eti/am Romanorum omnia, cum multis captiuis adhuc integra seruata sunt. Vbi uero primum consilium Tarquinio ex sententia euenit, assumens copi/as, in eos duxit, qui ad Fidenas castra posuerant: quibus nondum manife/stum erat alterorum exitium. Accidit autem ut illi quoque ex uallo ante egressi essent, ac iam in uia. & ubi hostibus propinquarunt, uideruntq; du/cum suorum hastis suffixa capita (Prætendebant enim ea Romani conster nationis hostiũ causa) intelligentes res alterius exercitus perditas, nullũ am plius ediderunt generosum facinus: sed supplices ad preces uersi sese hosti/bus dedidere. Sicq; turpiter maleq; afflictis duobus exercitibus in spes an gustas concluſi Sabini, ac de urbibus ne ex incursu caperentur solliciti: lega/tos misere de pace, tradentes se ipsi Tarquinio subiectos, deincepsq; tribu/tarios. Componens igitur cum eis bellum Tarquinius, & eisdem conditio/nibus recipiens urbem Suessam redijt. Illincq; relictas copias & prædam, aliumq; apparatum assumens, Romam uenit, locupletem adducens exerci tum. egressusq; postea sæpius in Volscorum regionẽ, quandoq; totis, quan doque parte uirium aliqua, multumq; adducens prædæ: ac cum iam ei plu rima ex sententia successissent, bellum astitit à finitimis sanè diuturnũ. An/nos autem septem continuos bellatum est: inq; discrimina incidit grauia, & inopinata. Quibus autem causis cœperit, & cuius finis sit potitum: quan/doquidem dolo fraudeq; & inopinata solertia consummatum est paucis dicam. Vrbs erat Latini generis, ab Albanis condita, centum stadijs Ro/ma distans, super uia qua Præneste itur. Gabios hanc uocabant: nũc enim non amplius habitata est omnis, præter quantam partem occupant diuer/soria & cauponæ secundum uiam. Sed tũc quidem populosa, & si qua alia, magna erat. Coniectare sanè posset aliquis magnitudinem eius & dignati onem, ruinas spectans ædium in multis locis, & muri ambitũ. Extant enim eius adhuc plurima. In hãc urbem igitur Pometinorum ex Suessa quidam profugi, tunc cum eis Tarquinius urbem abstulit, confluxerant, & Romani exules plerique, iisq; precibus assiduis rogantes Gabinos, ut se ulciscerentur: multaq; pollicentes munera, si redirent aliquãdo domũ, demonstrantesq;

Sabini expugnantur

Gabij

Tyranni euersionem possibilem & facilem, tanquam eis qui in Vrbe erant opem quoq; allaturis, persuaserunt tandem eis cohortantibus Volscis etiam. Nam & illi legationem miserant societatem postulantes, & ut bellum aduersus Tarquinium susciperent rogantes. Fiebant itaque dehinc magnis exercitibus in agrum utrorumq; inuicem excursiones, uastationesq; (ut fieri solet) & pugnæ: nunc paucorum aduersus paucos, nuncq; omnium aduersus omnes. In quibus quidem sæpe Gabini Romanos auertentes usque ad portas, multosq; eorum perdētes sine metu regionem populabantur: Nec non sæpe Gabinos Romani propellentes concludentesq; in urbem, mancipiaq; & prædam multam abigebant. Cumq; fierent hæc assidue, coacti sunt utrique loca munita situ in regione muro cingere, præsidioq; continere, profugij colonorum gratia: unde progrediētes illi, latrocinia inhibebāt. & si partem aliquam paruam uiderent segregatam ab uniuerso exercitu, & (ut solet in procursionibus) incompositam ex contemptu hostium, descendentes conferti ipsi perdebant. Atque urbium quæcunq; loca expugnabilia essent, captuq; scalis facilia, cogebantur mœnibus fossaq; munire, metuentes utrique eorum inuasiones subitas. Magis autem erat in his Tarquinius operosus. Et quæ erant Vrbis ipsius cōtra Gabios spectantia, ob multitudinem manuum circumuallabat, fossam latiorem ducens, murumq; altiorem erigens, ac locum ipsum turribus crebrioribus firmās. Ab hac enim parte maxime uidebatur Vrbs immunita, cum esset alibi undique satis tuta, uixq; accessibilis. Erat enim id uenturum, quod solet cunctis urbibus accidere in diuturnis bellis, uastatisq; per continuas hostiū inuasiones agris, neq; ferentibus fructum amplius, ut ineesset alimenti omnis in utrisq; penuria, grauisq; de futuro anxietas. Acrius autem Romanos premebat quàm Gabinos necessariorum indigentia, atq; paupertimi eorum hinc maxime laborantes, oportere putabant fieri cum Gabinis fœdera, atq; bellum quibuscunq; illi uellent conditionibus deponi. mœsto autē ex his Tarquinio, neq; dissoluere bellum turpiter sustinente, neq; ualente aduersari amplius: tentante uero artes omnes, dolosq; multiplices componēte: æuo maximus filiorum Sextus cum patre solo communicato consilio, uisus quidē audax aggredi negotium magniq; periculi, sed non tamen impossibile, concedente ei patre agere quæcunq; uellet, dissidere ab eo simulat, quia bellū aduersus Gabinos deponi nollet: uerberatusq; ab eo uirgis in foro, & in cæteris contumeliæ habitus, ut res peruulgata esset, primum quidem ex amicis fidissimos tanquā transfugas mittit ad Gabinos, qui secreto monituri eos essent, quemadmodum cum patre bellum gerere cogitabat illuc ueniens, si fidem acciperet ut se quoq; sicut cæteros Romanos exules defenderēt, neq; patri se traderēt, sperātes ipsi priuatas inimicitias in utilitatē suam dissolui. Læte uero audientibus hunc sermonē Gabinis neq; quicquā iniqui agere in eū spondētibus, adest ipse amicos multos & clientes adducēs transfuga, ac quo

Bellum inter Romanos ac Gabinos

Proditio in Gabinos

ac quo ſibi magis crederent ueram eſſe defectionem à patre, argenti multũ auriq; afferens. confluxerunt quoq; ad eum poſt hæc ex urbe multi, fugere tyrannidem ſimulantes, eratq; iam circa eum manus ualida. Putantes autẽ Gabini magnum ſibi accedere præcommodum, multis ad ſe aduenientibus, poſtq; non multum tempus ſe Romam obnoxiam habituros ſperantes, neq; minus item decepti ex his quæ ageret rebellis patri Sextus, exiens continue in regionem hoſtium, multis magnisq; commoditatibus Gabinos augens: parauerat enim prouidens ei pater, ut in quibus affuturus eſſet locis abunde prædam, & ubiq; incuſtoditam inueniret regionẽ, ſubmittebatq; ei cõtinue perdendos aliquos ex ciuibus, eos eligens, quos ſuſpectos duceret: ex ijs igitur omnibus amicum ſibi fidumq; uirum putantes Sextum Gabini, bonumq; eſſe imperatorem, multi etiam pecunijs ineſcati, corruptiq; ab eo, Imperatorem ipſum eligunt. tantæ uero poteſtatis dominus factus Sextus per fraudem atq; fallaciam, famulorum quendã ad patrem, latens Gabinos mittit, poteſtatem ei quam iam accepiſſet declaraturum, & quid facto opus eſſet percontaturum. Tarquinius autẽ cognoſcere nolens famulum, quæ facere filium iuberet, ducens eum ſecum, pergit in adiacentem regiæ ſuæ ortum. Contigit autem papauera in eo multa innata eſſe, & ſub tẽpus ipſum fructus & collectionis: per quę tranſiens Tarquinius, eminentisq; papaueris cuiuſq; ſceptro caput feriẽs, decutiebat. quę cum feciſſet, dimiſit nuntiũ, nihil prorſus reſpondens roganti ſæpius: Thraſybuli Mileſij intellectũ (ut mihi quidẽ uidetur) imitatus. Nam & ille aliquãdo Periandro Corinthio tyranno quærenti per miſſum ad ſe nuntiũ, quónam pacto firmiſſimum obtineret dominatũ: uerbum quidẽ remiſit nullũ, ſequi uero iubens nuntiũ, per ſegetẽ frumẽti duxit: ſuperq; alias eminentes ſpicas frangens in humũ deijciebat, docens ipſum oportere ſpectatiſſimos ciuiũ perdere. Huic igitur ſimile quiddam faciente tunc Tarquinio intelligens patris mentẽ Sextus, q; iuberet excellentes Gabinos interfici, aduocauit in concionem populũ. ac multum de ſe ſermonem habuit, q; cum in fidem eorũ confugiſſet, ſimul cum amicis in periculo erat, ne captus à quibuſdam patri traderetur: quodq; eſſet paratus ipſe magiſtratũ deponere, ac priuſq; acerbũ aliquid pateretur, urbe uolebat egredi: lachrymans, ſimulq; fortunã ſuam miſerans, ut qui uere de uita metuunt. irritata autẽ multitudine, atq; multa cum promptitudine interrogante, quinam eſſent ij, qui eum eſſent prodituri, clariſſimũ Gabinorum ciuem Petronem Antiſtium nominauit: qui & in pace multa bonaq; ciuitati peregerat, ac multa quoq; imperatoria munera exequẽs clariſſimus omniũ effectus erat. Excuſante aũt ſe uiro & (quia nullius eſſet ſibi facinoris conſcius) inquiſitionẽ omnem tolerante, uelle ſe ait Sextus domum eius mittens alios perſcrutari, atq; ipſe in contione ſimul cum illo, donec miſſi homines redirent, permanere. corruperat enim famulorum quoſdam Sextus pecunia, qui confictas in exitium Petronis

Reſponſio callida

epiſtolas,gemma patris ſignatas accipientes domi eius repoſuerãt. Vbi uero qui miſſi erant ad inquiſitionem (neq; enim cõtradixit Petro, ſed permiſit perſcrutandam domum) inuenientes ubi reconditæ literæ, affuerũt alias multas ſignatas ferentes epiſtolas,& eam quę ad Antiſtium: recognoſcere ſe dicens Sextus ex gemma patris eam,ſoluit,dansq; ſcribæ legi iuſſit. Erat enim in ea ſcriptum: ut uiuum quidem præcipue traderet ſibi filium, recipere tq; ex compoſito mercedem ei pactam. Sicq; eſſet illud impoſſibile,caput ei decidens,mitteret. Hæcq; ei facienti,cæteriſq; operis adiutoribus, præter alia,quæ prius pollicitus erat præmia,Romæ quoq; Vrbis ciuilitatẽ ſe daturum offerebat: inq; patriciorum numero omnes conſcripturũ, domosq; & partem agri,aliaq; dona ſe multa magnaq; additurum. Quibus irritati Gabini ſtupefactum Antiſtium inopinata calamitate, ac ne uocem quidem ex tempore ualentem emittere,lapidibus ferientes interficiunt. Deq; aliįs inquiſitionem, qui cum Petrone conſultauerunt, utq; ſupplicium de eis ſumeret Sexto permiſere. iſq; amicis cuſtodiam portarum tradens, ne aufugerent qui inſimulati erant,mittensq; ad domos illuſtrium uirorum, multos bonosque occidit Gabinos ciues. Dumque hæc ageret,eſſetque tumultus in urbe ortus ex tanto malo,cognoſcens omnia per literas Tarquinius cum copiįs aduentabat: circiterque noctem mediam propius urbem factus,apertis portis ab eis qui ad hæc præparati erant,ingrediens, ſine ullo labore factus eſt urbis dominus. Quod ubi cognitum eſt malum, deplorantibus ſeſe ipſos omnibus, quales paſſuri eſſent occiſiones, deductiones que in ſeruitutem,& quæcunque manent captos à tyranno expectantibus: ſi que mitius ſecum ageretur,ſeruitutes pecuniarumque direptiones, & his ſimilia: nihil eorum quæ expectabant ac timebant, quanquam prauus Tarquinius, & in ſupplicįs inimicorum inexorabilis,peregit. Neque enim Gabinorum occidit quenquam, nec urbe expulit, neque ignominiam, aut pecuniarum iniecit cuiquam mulctam. Sed conuocans in concionem populum, atque regium ex tyrannico aſſumens morem, urbem dixit ſe propriam eis reddere, & quas haberent res, eis omnes concedere: ut ſic agens cum iſtis, firmiorem obtineret Romanæ Vrbis principatum, egregiam fore exiſtimans cuſtodiam ſibique & filįs, ſeruatorum præter ſpem ſuam & ſua omnia recuperantium fidem. & ut nihil reſideret eis metus in futurum, neque dubitarent, an ſibi firma iſta permanerent: ſcribens ipſe quibus æquis conditionibus amici futuri eſſent, adiurauit de his ſtatim in concione per immolationes. huius autem iuſiurandi monumentum Romæ poſitum eſt in templo Iouis Piſtij: quem Romani Sanctũ uocant, clypeus ligneus cum corio bubulo,immolati tunc cuiuſdam aduim iuramenti bouis: priſcis literis inſcriptus, dictas eis continens conditiones. Hæc cum egiſſet,deſignaſſetque regem Gabįs Sextum filium,abduxit illinc exercitum. Bellũq; igitur aduerſum Gabinos talẽ habuit exitũ. Poſt quod opus

Mors Petronis Gabini

Gabij capiuntur

Tarqui-

Tarquinius data populo quiete à militia & bellis,ad extructionem templo rum intendit,ſtudens aui uota perficere. Is enim ultimo aduerſus Sabinos bello pugnans,uouit Ioui & Iunoni atq; Mineruæ, ſi prælio uinceret: tem/pla eis ſe conſtituturū: atq; ſcopulum,ubi collocaturus erat delubra,impen ſis magnisq; aggeribus exæquauit, ut dictum eſt ſuperiore libro. conſtru/ctionem uero templorum perficere nō potuit.Hoc igitur opus uolens Tar/quinius ex decima prædæ Sueſſanæ perficere,opifices omnes ad operatio/nes conſtituit,Ibiq; prodigium quoddam dicitur mirabile, ſubterraneum. *Prodigium*
Defodiendis fundamentis,ac iam foſſura in multum altitudinis deſcenden te,inuentum eſt caput nuper occiſi hominis, faciemq; habens uiuis ſimi/lem,& à capite manantem ſanguinem,calidū adhuc & recentē.Quod pro/digium uidens Tarquinius, foſſione quidem abſiſtere iuſſit operantes,ipſe uero uates patrios conuocans,percontabatur,quid hoc prodigium ſignifi/caret.nihil uero declarantibus eis,ſed concedentibus ſcientiam talium He/truſcis: exquirens ab eis, & diſcens quiſnam eſſet prodigiorum interpres clariſſimus Hetruſcorum,mittit ad eum ex ciuibus probatiſſimos legatos. quibus domum uatis aduenientibus, fit obuius adoleſcens quidam egre/diens.cui illi aperientes ſe Romanos legatos eſſe, uolentes uatem conue/nire, ſuadeban: ut ſe ad ipſum duceret.tumq; iuuenis, pater, inquit, meus eſt is,quem uultis,occupatus aūt nunc eſt: ſed licebit uobis breui ad ipſum ingredi.dumq; eum expectatis,declarate mihi,cuius rei gratia aduenistis. poſſetis enim ſi in aliquo lapſuri ſitis per imperitiam in interrogatione, edocti à me peccare nihil.Sors enim non minima eſt ſpeculationum in di/uinatione,recta interrogatio.Viſum eſt igitur his uiris ut ſic facerent, enar/rarentque ei prodigium. Ille autem ut audiuit, parum temporis ſe conti/nens. Audite,inquit, Romani, prodigiū ſanè pater diſtinguet uobis,nihil/que mentietur,Vati enim haud fas. Quæ uos uero dicetis, & reſpondebi/tis ad interrogata, minimeq; peccantes, minime mentientes eritis(prode/rit enim uobis ante cognouiſſe)hæc à me diſcite: Cum enarrabitis ei prodi/gium,dicens ipſe ſe non clare percipere quod dicitis, circumſcribet radio ter ræ partem quantamcunq;.Deinde uobis dicet,hic eſt Tarpeius collis.Pars autem eius hæc eſt in orientem ſpectans.Iſta uero ad occaſum. Septentrio autem eius hæc eſt,& ei oppoſitum. hæcq; radio oſtendens, à uobis quæ/ret, qua in parte harum,caput ſit inuentum. Quod igitur reſpondendum uobis ſit,admoneo,ne concedatis in aliquo locorum, quos interrogans ille radio oſtendet, prodigium eſſe inuentum: ſed Romæ ipſum apparuiſſe apud uos in Tarpeio colle. Hæc ſi cuſtodietis reſponſa, nec ab eo ſeduca/mini, cognoſcens ipſe quod fatum tranſmutare non liceat, diſtinguet uo/bis quid uelit ſignificare prodigium, neque occultabit. Hæc cum didiciſ/ſent legati,ubi otium ſeni fuit,ac ueniens quidam eos euocauit, ingreſſi ipſi enarrant uati prodigium. Cauillante autem ipſo, deſcribentéque in terra

lineas

lineas,alias circulares,aliasq; rursus directas,& in uno quoq; loco de inuẽtione interrogante:nihil mente perturbati legati,custodiere responsa, quæ uatis eis filius demonstrarat:Romã semper & Tarpeium nominantes collem,postulantesq; enarratorem ipsum minime depeculari signũ: sed æque rectèq; dicere. Nequiens autem decipere legatos uates,neq; augurium depeculari,dixit. Viri Romani dicite uestris ciuibus,fato dari, caput Italiæ fore omnis hunc locum,in quo caput est repertum.Exq; illo Capitolinus uocatur is locus,ab inuentione ibidem capitis. κεφαλὰς enim Romani uocãt capita.Hæc à legatis audiens Tarquinius restituit operibus opifices multaq; perfecit templi:Explere uero ipsum non potuit:citius excidens principatu.Sed in tertio consularis imperij anno, Romana ipsum consummauit ciuitas.Extructum est autem super crepidine firmatũ alta octo iugerum, in circuitu ducentorum fermè pedum unumquodq; latus habens:paucum quiddam uariantem inuenire posset aliquis eminentiã altitudine,ne quindecim quidẽ pedibus integris. Super ijsdem namq; fundamentis id quod post incendium ædificatum est patrum nostrorum ætate inuenietur,lautitia tantum materiæ differens à prisco. A parte quidem qua frons meridiem spectat comprehensum triplici columnarum ordine: ab obliquis uero partibus simplici.In eo autem tria insunt sacella æqualia inter se: cõmunia habentia latera.medium quidem Iouis,& ab utraq; parte Iunonis & Mineruæ,sub una aquila,unaq; uelata tectura.Dicitur autem quoddam alterum in Tarquinij principatu ualde mirabile fortunatumq; affuisse Romanæ urbi:siue deorum alicuius, siue Larium beneuolentia donatum: quod non in paruum tempus, sed per omnem uitam sæpe ex magnis eam malis conseruauit.Mulier ad tyrannum uenit quædam, non indigena, libros uendere uolens nouem,plenos Sibyllinis oraculis.ac non censente æquum Tarquinio libros ipsos pretio petito emere, abiens mulier tres ex eis combussit:ac non multo post redijt reliquos afferens, uolensq; tantidem uendere. Visa autem sine sensu quædam esse, & ex eo irrisa, quod idem peteret de paucioribus pretium, quod nec de pluribus accipere potuisset: abiens ipsa iterum dimidium relictorum combussit, & tres afferens reliquos tantundem auri petijt. Admiratus aũtem consilia mulieris Tarquinius Augures accersiuit,rémque eis enarrans, quid agendum esset petebat: illiqúe ex quibusdam signis intelligentes, quod à deo missum bonum auertisset: magnamqúe iacturam esse factam declarantes, quod non omnes emisset libros: numerari iussere aurum mulieri quantum peteret, & oracula quæ superessent capere. Mulier igitur dans ei libros, & seruandos esse dicens diligenter, è conspectu hominum ablata est. Tarquinius autem ciues duos eligens illustres,famulósque eis statuens de publico, custodiam eis librorum tradidit. Quorum alterum Marcum Attilium uisum iniuste agere nec fidelem, & à quodam populari indicatum, tanquam parricidam

Vnde Capitolinus

Magnitudo templi Iouis

De Sibyllinis libris

dam in utrem insuens bubulum, proiecit in mare. post eiectionem autem regum assumēs ciuitas oraculorum patrocinium, uiros etiam illustrissimos custodes eis designauit, qui per omnem uitam habent eam curam à militia ipsi liberi, & ab alijs urbanis muneribus, publicéq; apud eos depositi: sine quibus nō permittit inspectiones oraculorum fieri. & (ut breuiter dicam) Romani nihil ita custodiunt neq; sanctum neq; sacrum, quem admodum sibyllina diuinitus missa oracula. Vtuntur autem eis, quando senatus decernit, seditione occupante ciuitatem, aut infelicitate magna aliqua bello incidente, aut prodigijs aliquibus & laruis magnis & inexplicabilibus ipsis apparentibus, qualia sæpe eueniunt. hæcq; permansere oracula usq; ad bellū Marsicum, sub terra posita in templo Capitolini Iouis in arca lapidea ab hominibus decem custodita. Post centesimam autem & septuagesimā tertiam olympiadem incenso templo siue ex insidijs (ut putant aliqui) siue casu: simul cum alijs deo repositis, ista quoq; corrupta sunt igni. nam quæ nūc sunt, ex multis collata sunt locis: alia ex urbibus Italiæ, alia ex Erythris in Asia ex S.C. missis legatis tribus ad eorum descriptionē: alia uero ex alijs urbibus, ab hominibus quoq; rudibus transcripta. In quibus aliqua reperiuntur inserta sibyllinis: redarguuntur autem ijs quæ uocantur uersuum apices. dico autem quæ Terētius Varro narrat in theologico tractatu. Hæc cum egisset pace belloq; Tarquinius, duasq; deduxisset colonias: unā quidem Signiam uocatam non ex electione, sed ex opportunitate quadam fortuita, hybernantibus eo loco militibus, atq; ita castris dispositis, ut non multum à forma urbis differrent: Circeos uero consilio, quoniā Pometini campi, maximi eorum qui sunt in Latina regione, & coniuncti ei maris iacet in loco pulchro: est enim forma Chersonesi scopulus modice altus super mari Tyrrheno positus, ubi Circen Solis filiam fama est habitasse: & tū utrasq; colonias filijs duobus habitatoribus reposuisset, Circeos Arunti, Signiam Tito, metum nullum habens amplius de imperio, ob contumeliā in mulierem, quam natu maximus filiorum Sextus constuprauit, regno simul urbeq; expellitur: præsignificante ei Genio futurā domus suæ cladem, multis quidem alijs augurijs, ultimo uero huiusmodi. Aquilæ conuenientes in adiacentem locum regiæ ueris tempore finxere nidos in uertice excelsæ palmæ. His autē aquilis implumes adhuc pullos habentibus, congregati uultures aduolantes nidum euerterunt, occiderunt q; pullos. atq; rede untes è pastu aquilas pungentes, atque ferientes plantis pedum, à palma abegerunt. Hæc autem uidens Tarquinius auguria, adhibensq; diligentiam, si qua ratione posset fatum fallere, uim tamen diuinam superare non potuit. Sed imminentibus ei patricijs, populóque consentiente excidit principatu. Qui uero fuerint insurrectionis in eum principes, & per quos modos ad rem gerendā uenerint, conabor paucis percurrere. Ardeam urbem Tarquinius obsidebat, prætēdens causam q; Romanos exules susceperisset, conspirarent

Quomodo interierint libri Sibyllini

Signia et Circeij coloniæ

*

De Tarquinij eiectione

conſpiraretq; cum eis de reditu. re autẽ uera propter opes tendens urbi inſidias, feliciſſimæ tunc præcipue Italicarum urbium. Repugnantibus uero ſtrenue Ardeatibus, ac durante diu obſidione, & qui in caſtris erant mili tes diuturnitatem belli ferentes ægerrime, & qui etiam in urbe Roma, tribu tis feſſi ad defectionem ſpectabant: modo aliquis inciperet. Hoc autem in tempore Sextus æuo maximus filiorũ Tarquinij, miſſus à patre in urbem quæ Collatia uocabatur ob negocium quoddã militare, ad cognatũ ſuum diuertit L. Tarquinium cognomine Collatinum. hũc uirum Fabius quidẽ ſcribit, filium fuiſſe Egerij, de quo ſupra dixi, Tarquinij Priſci fratris fuiſſe filium, & qui Collatiæ dux dictus ex multa in ea urbe cõmoratione Collatinus uocabatur, reliquitq; nepotibus eandem à ſe cognominationem. Ego uero hunc etiam nepotem fuiſſe credo Egerij: erat enim eiuſdem ætatis, cuius erãt Tarquinij filij, ut & Fabius & cæteri ſcriptores tradũt. tempus enim hanc mihi opinionem firmat. contigit autem tunc eſſe in exercitu Collatinum. Vxor uero Romana fœmina, Lucretij filia illuſtris uiri, hoſpitio eum excepit, tanquam uiri ſui cognatum, multa cum promptitudine & comitate. hanc uero fœminam, pulcherrimam Romanarum mulierum atq; pudiciſſimam conatus eſt Sextus corrumpere, urgens eam quoq; antea, cum ad cognatum ſuum diuerteret. atq; tunc putans occaſionẽ ſe habere commodiſſimam, ubi poſt cœnam dormitum abijt, magnam partem expectans noctis, poſtq; omnes dormire exiſtimauit, exurgens uadit ad cubiculũ dormientis iam Lucretiæ: latensq; dormientes iuxta hoſtium cubiculi, ingreditur, habens gladium. aſſiſtensq; lectulo mulieris experrectæ ad ſtrepitũ, & interrogantis quis eſſet, nomen ſuum eloquens, ſilere eam, & in cubiculo manere iuſſit, occiſurum ſe eam minatus: ſi uel fugere uel emittere uocem conaretur. hocq; modo ſtupefacta, attonitaq; muliere: duorum ei electionem propoſuit, quorũ utrum uellet caperet: ſiue mortem cũ dedecore, ſiue uitam cum felicitate. ſi enim, inquit, ſuſtines gratificari mihi, te ego uxorem faciam, mecumq; regnabis nunc in ea quidem urbe, quam dedit mihi pater: poſt illius uero mortem, Romanorum & Latinorũ Hetruſcorumq;, & aliorum quorumcunq; ille dominus eſt, regina. Ego enim ſuſcepturũ me ſcio regnum patris (ut æquum eſt) filium natu maximum. Quæ uero regibus adſint bona, quorum tu omniũ futura es mecum domina, quid te pulchre ſcientem, opus eſt docere? q; ſi enitaris obſiſtere, ſeruare uolens pudicitiam, te ego occidam: famulumq; unũ mactans, ponam ſimul ueſtra corpora, ac dicam q; indecenter te in complexu deprehendens ſerui, ſupplicio uos affecerim, iniuriam cognati perſequens: ita ut turpem finẽ probricq; plenum ſubeas, nec honore ſepulturæ corpus tuũ dignetur, neq; alio quoq; legitimo. ut uero multus fuit minans ſimul & poſtulãs, iuransq; uerũ unum quodq; dictorum fore, adacta eſt in neceſſitatẽ Lucretia ignominiã mortis timens cedendi, neq; deſpiciendi ipſum quæ prædixerat peracturum. die autem

De Sexto & Lucretia

Lucretiæ ſtuprum

autem exorto is quidem ad exercitum abijt nefario pestiferoq; desiderio expleto: Lucretia uero acerbissime ferens hunc casum, quàm celerrimeq; ascendens uehiculũ Romam uenit, ueste induta nigra, & absconso sub ala cultro, nec appellans ipsa quenquam obuium, nec respondens uolenti cuiquam quidnam passa esset discere, sed cogitabunda simul & desolata, plenosq; habens lachrymarum oculos. Vbi uero ingressa est domum patris, contigit enim adesse ei cognatos quosdam, genua eius complectens, & procidens, primum quidem fleuit uocem emittens nullam: deinde autem erigente eam patre, & quid passa esset dicere postulante, Supplex inquit tibi pater fio, grauem & intolerabilem sustinens cõtumeliam, uti ultor mihi sis, neq; tuam ipsius filiam despicias morte peiora passam. Admirante uero eo, cæterisq; omnibus, & quis eam contumelia affecisset, qualiq; contumelia, dicere postulantibus: Audies, inquit, calamitates meas, non multo post pater, sed petenti mihi primum hanc gratiam largiaris. Euoca quoscunq; potes, & amicos & cognatos, ut ex me passa acerbissima hæc audiãt, nec ab alijs. Vbi uero audieris detinentes me turpitudines, dirasq; necessitates, cum eis cõsulta quonam tu me modo, teq; ipsum ulciscaris: neq; multum interponas temporis, celeri autẽ & studiosa euocatione facta illustrissimorum uirorum, in domum eius ut postulabatur conuenientium, narrat eis rem omnem Lucretia à principio incipiens. posteaq; salutans patrem, multasq; ei preces & eis qui aderant adhibẽs: ac deinde deis laribusq; supplicans, celerem dari sibi migrationem è uita, educit cultrum quem sub paludamentis occultauerat: unumq; uulnus pectori inferens, trudit usq; ad cor gladium. Clamore autem & luctu & comploratione muliebri domum omnem detinente, pater quidem infusus corpori complectebatur, reuocabatq;, & ut recreãdæ ei ex uulnere diligentiam adhibebat: ipsa uero in gremio eius palpitans, efflansq; animam moritur. Assistentibus autẽ illic Romanis, adeo atrox uisum est hoc facinus & miserabile, ut una fuerit uox omnium, mori millies esse melius pro libertate, quàm huiusmodi contumelias à Tyrannis negligere. Erat quidam in his P. Valerius, Sabinorũ unius qui cum Tatio Romæ manserãt pronepos, uir prudens & alacer. Isq; igitur ad exercitũ ab ipsis mittitur Lucretiæ uiro nuntiaturus quæ acciderant, & cum eo solicitaturus defectionem à Tyrannis militum. uix autem urbe egresso ei fit obuius, adducente eum in urbem numine ab exercitu, Collatinus, quæ domum suam mala detinerent nescius: & cum eo L. Iunius cui Brutus cognomentum erat. Esset autem interpretatus Brutus in linguam Græcam βλίδ. De quo uiro quandoquidẽ hunc præcipuum autorem fuisse euersionis Tyrannorum Romani iudicant, necesse est præfari pauca quis fuerit, & ex quibus: & quam ob causam tali potitus est cognomento, nihil ipso conueniente tali uiro. Pater igitur illi fuit M. Iunius, eorum unius qui cum Ænea coloniam deduxerunt progenies, inter clarissimos Roma-

Mors Lucretiæ

De L. Iunio Bruto

norũ ob uirtutẽ numeratus: mater uero Tarquinia prioris Tarquinij regis filia, pater ipse educationẽ eruditionemq; gentilem percipiens, ingenio etiã fuit ad honestum nullũ repugnante. Postq; aũt Tulliũ interficiens Tarquinius unà cũ alijs uiris multis & bonis, patrẽ quoq; illius clam occidit, ob delictum quidem nullum sed in diuitiarum eius adductus cupiditatem, quas ex uetere & progenitorum felicitate acceptas idem possidebat: cumq; eo maiorem etiam occidit filium, generoso sensu quodam excellentem uirum, & patris mortem non ulcisci minime sustinentẽ: Iuuenis adhuc Brutus, auxilijq; cognatorum inops, opus omniũ perficere aggressus est prudentissimum, cognomen sibi mentiens fatui: deincepsq; perseuerauit semper, dum sibi tẽpus nõ habere uisus est opportunũ, simulationẽ custodiens amentiæ, unde eo potitus erat cognomine. Hoc aũt ipsum, ut nihil graue à Tyrãno pateret eripuerat, multis probisq; uiris perditis. Nã despiciẽs Tarquinius eam quæ ineſſe illi uidebat neq; inerat fatuitatẽ, paterna ei adimens omnia, & pauca quædã ad quotidianũ uictum largiens, tanq; orbum puerum tutorũq; indigentẽ, sub se custodiebat: uitamq; agere cũ filijs suis permittebat, non honoris ille gratia, ut cognatũ, & ut apud proximos simulabat: sed ut risum adhiberet adolescentibus, dicens stulta multa agensq; ueris fatuis similia. Et enim cũ Delphico usurus oraculo ad pestẽ, misit eo Tarquinius duos ex filijs, Aruntẽ & Titũ: inuaserat enim principatu eius morbus quidam insuetus in uirgines & pueros, per quem multa corrumpebantur corpora, grauissimus idẽ uixq; sanabilis in prægnantibus matres ipsas in partu simul cum fœtibus interficiens: causam morbi cognoscere cũ uellet à deo atq; liberationẽ, illum quoq; cum adolescentibus hoc rogantibus misit, ut haberent quem conuitijs contumelijsq; afficerent. Postquam aũt ad oraculum iuuenes aduenere, acceperũtq; responsa de ijs, quorũ causa missi erãt, donantes deum repositorijs muneribus, irridentesq; Brutũ maxime, quod bacillum ligneũ Apollini reposuisset (Ille enim perforato baculo tanquam tibia uirgam auream reposuerat sciente nemine) interrogãt deinde deum, cui fato datum esset Romanum imperium suscipere. Respondit q; deus, ei qui primum matrem osculatus esset. Iuuenes igitur oraculi sensum ignorantes, inter se composuerunt unà matrem osculari, uolentes illi cõmuniter regnum obtinere: Brutus autem intelligens quid uellet declarare deus, ubi celerrime Italicã terram ascendit, procidens, osculatus est terram, hanc esse putans omnium hominum matrem. Hæcq; igitur ea, quæ antea huic uiro euenere. Tunc autem ubi Valerium audiuit, quæ Lucretiæ acciderant cædemq; eius narrantem, intendens manus in cœlum dixit. O Iupiter, & dei omnes, quicunq; genus humanum inspicitis, nunc tempus uenit, quod ego expectans hanc simulationem uitæ custodiui. Est utiq; fato datum Romanis, uti à me, & per me intolerabili seruitute liberentur. Et hæc dicens ibat festinans ad domum ipsam, unà cum Collatino, & Valerio, quã ut ingressi

Morbus insanus

Responsum oraculi

sunt

sunt,uidens Collatinus Lucretiam in medio positam,circunfusumq; ei patrem,alte gemens, complectensq; mortuam osculabatur: & uocabat alloquebaturq; ut uiuentem,sine sensu ipse ex tanto malo. Valde autem comploraute eo,& ex altera parte patre, domumq; totam fletu,luctu, plangoreq; obtinente,respiciens in eos Brutus,innumera,inquit, habebitis tempora Lucreti & Collatine, & uos omnes huius fœminæ propinqui, per quæ ipsam defleatis. At nunc ipsam ut ulciscamur cõsideremus.Hoc enim tempus præsens poscit. Visus est aũt probabilia dicere, atq; sedentes seorsum soli ipsi,familiarẽq; turbã,aduenticiamq; remouentes, quid opus esset agi consultabant. Primus aũt Brutus incipiens de se dicere, quod apparentem multis fatuitatem minime ueram habuisset, sed impositã, causasq; dicens, ob quas simulationẽ hanc sustinuisset: uisusq; esse omniũ hominũ prudentissimus,post hoc suadebat eis, ut eandem sententiam caperent omnes, ut Tarquiniũ scilicet, filiosq; eius Vrbe pellerent. Multa quoq; inductiua ad hoc explicans,postq; omnes in eadem esse sententia animaduertit,nõ uerbis,inquit, aut promissis opus est, sed operibus si qd fieri oportunũ debet, seq; ipsum incepturum dixit. Quæ cum dixisset, cepissetq; cultrum quo se mulier occiderat,& accedens ad os eius apposuisset:iacebat enim adhuc in propatulo spectaculũ miserabile:iurauit Marti dijsq; alijs se,quãtũ posset, peracturum ad euersionẽ principatus Tarquiniorum,quodq; ipse cum tyrannis nunq; conciliaretur, nec conciliatis cõcederet, sed inimicũ quẽcunq; duceret hæc uolentem, & ad mortem usq; tyrannidi proq; ea certantibus inimicus esset.Quod si iusiurandũ transgrederetur,talem sibi inprecabatur uitæ finem,filijsq; suis,qualis esset potita mulier.& his dictis, ad iusiurandum idem reliquos aduocauit. Illi uero nihil amplius dubitãtes surrexere, suscipientesq; subinde cultrum ipsi quoq; iurauere. Perfectis autẽ iuramentis quærebant quisnam eis futurus esset ad uim inferendam modus, subitoq; Brutus talia. Primũ inquit custodes portis adhibeamus, ne quid eorum quæ in urbe aguntẽ aduersus tyrãnidẽ sentiat Tarquinius,priusq; partes nostræ dispositæ sint egregie.postea ferẽtes corpus mulieris in forũ, ita ut est sanguine cõsperfum,proponẽtesq; in aperto,cõuocemus ad cõtionẽ populum:& ubi cõuenerit,uidebimusq; forum plenũ,progrediẽtes Lucretiusq; & Collatinus,execrentur ac deplorent fortunas suas,gesta omnia explicantes.Deinde alij procedentes accusent tyrannidẽ, exhortenturq; ad libertatẽ ciues.Erit aũt Romanis omnibus ad uotũ,si nos uideant patricios principes libertatis.Multa enim grauiaq; perpessi à tyrãno,paruæ occasionis indigent.quãdo autem multitudinẽ pronam aduertemus ad principatum unius dissoluendũ,suffragia eis tradamus de hoc,ut non amplius Romanis imperet Tarquinius. Atq; decretũ ad milites in exercitu quamcelerime mittamus,nam qui arma tenent,si sciant in urbe esse omnia à tyrãnis aliena,prompti erunt ad libertatẽ patriæ,neq; amplius ut antea largitioni

Bruti consiliũ

bus detenti, neque ulterius contumelias filiorum, adulantiumq; eis ualen-
Valerij oratio tes ferre. Hæc cum dixisset Brutus, suscipiens sermonē Valerius, Cætera in-
quit, mihi cogitata recte uidentur Iuni. de contione aūt uolo adhuc discere,
quis sit eā aduocaturus ex lege, calculosq; daturus Curijs. magistratui ēm
datum est hoc agere, nostrū uero nemo ullum magistratū obtinet. Isq; re-
spondēs, Ego, inquit, sum Valeri præfectus Celerū, permissumq; mihi est
ex lege, cum uolo, contionē conuocare. Dedit aūt hunc mihi magistratū ty
rannus maximū ut fatuo, nec uim eius intellecturo, nec ea etiā si intelligerē
usuro, Eoq; primus orationē aduersus Tyrannū disponā. Vt hæc aūt audi
uerunt omnes, laudaueruntq;, & ut ab honesto subiecto incipientē atq; le
gitimo, etiā cætera ut diceret postularūt. Tumq; ille. Quādo, inquit, hæc ita
fieri uidetur uobis, consideremus item quis sit post dissolutionē regni futu-
rus ad tuendā Remp. magistratus, & à quo uiro sit designandus. Et adhuc
prius quæ futura sit Reip. administrandæ ratio, quam Tyrāno liberati con
stituamus. consultatum enim esse de omnibus sanè melius, anteq; tali ope
ri accingamur, nihilq; indiscussum relinqui, neq; antea inconsultum. Decla
Diuersitas ad- ret igitur de his quisq; uestrum quæ sentit. Post hæcq; multi dicti sunt, & à
ministrationū multis sermones. uisumq; est aliquibus potestatem regiam rursus esse con-
stituendam, enumerantibus ipsis quanta in ciuitatem bona intulissent om
nes priores reges. alijs autē non amplius in uno principe ponendam esse
Remp. percensentibus tyrannicas iniquitates, quibus & alij multi in pro-
prios sunt usi ciues, & postremo Tarquinius:, sed consessum consilij consti-
tuendum esse omnium rerum dominum, ut in multis Græcis urbibus. alij
uero neutrum quidem horum eligebant statuum, consulebantq; popula-
rem constituendum ut Athenis, contumelias & præcommoda proferentes
paucorum, & quæ inde seditiones fierent tenuiorum aduersus eminentes
ciues: liberam quoq; esse declarantes æquis legibus ciuitatē, tutissimámque
eam & decentissimam rerum publicarum formam. Difficili aūt & uix dīju
dicabili electione omnibus apparente, ob sequentia unamquāq; formam
Bruti oratio uitia, ultimus sermonem suscipiens Brutus, Ego inquit Lucreti & Collati-
ne & uos omnes qui astatis uiri boni & ex bonis geniti, nouam nullam no
bis puto constituendam esse impræsentia formam Reip. Tempus enim,
quod conducti sumus à rebus ipsis, breue est: nec in eo ciuitatis ornatum
concinnare est facile. estq; tentatio ipsa mutationis, etiam si in præclara
incidamus de hac consultantes, lubrica nec sine periculo. Licebit autem no-
bis posterius, liberatis tyrannide, cum maiori potestate pérq; otium con-
sultantibus, meliorem Reip. formam loco peioris eligere, si quidem melior
sit aliqua ea, quam Romulus & Pompilius & cæteri post illos reges consti
tuentes nobis tradiderūt, ex qua magna felixq;, & multorum princeps ho
minum facta est Vrbs nostra. quæ uero sequi solent principatū unius acer-
ba, ex quibus illi ad Tyrannicam crudelitatem delinquunt, & ob quæ illos

oderunt

oderunt omnes,ea nobis corrigenda & nunc, & ne deinceps fiant unquam cauenda esse admoneo. Quænam uero sunt hæc? Primum quidem quando rerum considerant multi nomina, & ex eis,aut adueniunt noxia aliqua, aut fugiuntur utilia,in quibus etiam principatum unius esse contigit,mutare uobis Reip.nomen laudo, & eos qui habituri sint omnium rerum potestatem neq; reges neq; principes solos amplius uocare, sed moderatiorem aliquam,& humaniorem imponere eis appellationē. Deinde minime sententiam unius rerum omnium dominam facere, sed duobus uiris permittere principatum regium, uti audio Lacedæmonios iam in multas ætates facere, ac propter formā istā administrandi,ex Græcis eos præcipue bonis uti legibus,agereq; feliciter.Minus em̄ contumelioſi,minusq; graues erunt diuisa sibi bifariā potestate,& habente uim utroq; eandē. Pudor em̄ inter se,& inhibitio uiuēdi ad uoluptatē,ambitioq; ad uirtutis apparentiā innasci posset ex hoc honoris æqui principatu. maximeq; ex insignibus quæ regibus sunt tradita,multis ipsis, puto equidē si aliqua odiosos aspectus & inuidiosos apud multos exhibēt,eorum alia minuere alia tollere oportere, sceptra dico coronasq; aureas,ac uiolaceas aureiq; staminis uestes:nisi certis quibusdā temporibus,diebusq; solēnibus,& in pompis triumphorum, quandoquidē ea honoris deorū causa suscipient. Nihil em̄ hæc offendent, perstringent ue oculos,si fiant rara.Solium aūt his uiris eburneum,in quo sedentes ius dicant, & uestem candidam,circumq; purpuram,& præcedentes ingressibus eorum duodecim secures relinquere. Ad hoc autem quod ego omnium dictorum fore puto utilissimum, ac ne multum peccent qui hunc magistratum suscipient causam maximam, non per uitam oportere omnem eos in magistratu esse. grauis enim est res omnibus infinitum imperium,neq; ullam rationem exhibens gestorum: ex quo Tyrannis gignitur.sed in tempus annuum,ut fit apud Athenienses, magistratus potestatem contrahere. Imperare enim aliquem quandoq;,& eundem parere, ac priusquam uicientur sensus,potestate absistere,arrogantia ingenia comprimit, neq; sinit inebriari mores licentia. Hæc uero nobis cōstituentibus aderit frui regiæ administrationis bonis,& malis illam consequentibus liberari. Vt autem nomen quoq; regiæ potestatis, patrium ipsum nobis & cum auspicijs prosperis confirmantium deorum ingressum Vrbem,pietatis causa custodiatur sacrum, creetur aliquis rex perpetuus, hunc honorem habiturus per omnem uitam, ab omni bellico negotio absolutus,hoc solum habens ut rex,principatum sacrificiorum, & nihil aliud.Quemadmodum autem unumquodq; fiet horum audite. Conducam ego contionem, ut dixi, quandoquidem mihi concessum est id ex lege, introducamq; sententiam: exulem fieri Tarquinium cum filijs & uxore, Vrbe simul & regione omni Romanorū prohibitos per omne tempus, ipsosq; & eorum genus. quando autem per suffragia cōfirmarint legem ciues, declarans ipsis quā Reip.

formam cogitemus, Interregem eligam, designaturum eos, qui Remp. susceperuri sint, annuum cp principatū. deponamcp ego celerum prefecturam. Qui uero à me constitutus erit Interrex centuriatim adducens contionem omnem nomineteos, qui sint habituri futurū regimen, suffragiacp de ipsis ferenda det ciuibus. Sicp pluribus apparebit cēturijs ratam esse oportere horum uirorum electionem, ac pulchra de ijs eueniant auspicia, hi secures accipientes & cætera regiæ potestatis insignia, dent operam, ut patriam incolamus liberam, necp amplius in eam reditum habeant Tarquinij. Nitentur enim (certum habeatis) suasionecp, & ui, & dolo, omnicp modo alio redire iterum in principatum, nisi eos caueamus. Hæc sunt igitur maxima & principalissima eorum, quæ ego uobis in præsens tempus dicenda habeo. particularia uero necp facilia nunc clare discuti (cōducti enim sumus in tempus uelox) ab ipsis puto fieri oportere qui Imperium suscipient. Deliberare tamen dico oportere hos uiros cum senatu, sicut reges faciebāt: necp quicquam sine nobis ipsos agere: & quæ senatui uisa fuerint, ad populum referre, ut maioribus nostris facere moris fuit, nihil illos auferentes eorum quorum antea erat dominus. Sic enim ipsis securissime & pulcherrime se habebunt imperia. Hanc sententiam demonstrante Iunio omnes laudauerunt, statimcp de ijs qui susceperuri principatus essent consultantes, Interregem creandum decreuere Sp. Lucretium, eius quæ se interemerat patrem. ab eocp cōstituendos esse habituros regium principatum L. Iunium Brutum, L. Tarquinium Collatinum. Hoscp principes uocari instituerunt, secundum linguæ suæ proprietatem Consules. hoc enim nomen interpretatum in linguam Græcam significare potest συμβούλους siue προβούλους. Συμβουλίῳ enim consilium Romani uocant. ὕπατοι enim aliquando nominati sunt isti à Græcis, à magnitudine potestatis: quod & omnibus imperent, & supremam dignitatem habeant. Quod enim eminet culmen ὕπατον uocabant prisci. His discussis atcp constitutis, dijscp precatis, uotiscp nuncupatis, ut piorum operum iustorumcp expetentibus ipsis opem ferrent, exiuerunt in forum: sequebanturcp eos famuli super lecto nigris uestibus constrato ferentes incultam, sanguinecp conspersam mortuam. Quam ante curiam poni iubentes, altam & conspicuam, populum in contionem aduocarunt. Turba autem congregata, non ea modo quæ tunc in foro erat, sed quæ in urbe omni: erant enim præcones dimissi per compita populum euocantes: ascendens Brutus in eum locum unde eis qui concilia conuocant mos est concionari, sibicp patricios assistens, hæc dixit. De necessarijs rebus pulchriscp Romani ciues uerba apud uos facturus, de me primum pauca præfari uolo, Fortasse enim aliquibus uestrum, imò quidem certo scio quod multis, perturbata uideor mente, uir qui nō prudens de rebus maximis dicere aggrediar, & is cui ipsi curatoribus opus sit ut insano. sciatis igitur opinionem communem, quam habetis de me omnes ut

de

L. Brutus
L. Tarquinius Consules

Bruti ad populum oratio

de fatuo,falso creditam,nec ab aliquo esse alio quàm à me confictã. Quod me autem coegit, non ut postulabat natura, nec ut decebat me uiuere, sed ut gratum erat Tarquinio,& mihi quoq; cõferre uidebatur,metus fuit mortis. Patrem enim meum Tarquinius occidẽs, simul atq; imperium accepit, ut facultates illius occuparet multas ipsas, fratremq; seniorem meum ultorem mortis patris futurũ, nisi è medio sublatus esset clam interfectus, non idem mihi parsurus erat proximorum inopi, nisi adiecticiam hãc simulassem fatuitatem.Hæc me confictio credita à Tyrãno,ne eadem quæ illi pateret eripuit, & huc usq; conseruauit. Nunc autem primum personã ipsam (uenit enim tempus quod optabã & expectabam) cum iam quintũ & uicesimum annum custodierim,depono: ac de me quidem hæc tantũ.Publica uero quorum causa uos in contionẽ euocaui,hęc sunt. Tarquinium enim neq; ex patria nostra consuetudine aut lege principatum occupantẽ, neq; postquam obtinuit,capiens quoquomodo,pulchre eo regiéq; utentem,sed contumelijs iniquitatéq; transgressum omnes,ubicũq; fuerint unq;,tyrannos,potestate hac priuare consultauimus cõuenientes patricij pridem sanè oportuisse.Nunc uero in tempore id facientes idoneo,uos quoq; conuocauimus Quirites ut sententiam declarantes uestrã,socios asciscamus uos nobis, libertatem acquirentes patriæ: cuius neq; prius esse patribus nobis licuit,ex quo imperium obtinuit Tarquinius,neq; deinceps,si nunc languea mus,licebit.Si tempus igitur quantũ uellem haberem, uel apud inscios dicturus essem, omnes uticq; percenserem Tyranni istius iniquitates, quibus ille non semel esset,sed pluries ab omnibus perdi dignus.Postquam igitur tempus quod dant res mihi breue, in quo pauca opus est dicere, multa agere,apudq; scientes dico,maxima & apertissima operum eius,& quæ nulla queant potiri defensione uobis in memoriam redigam. Hic est, ciues, Tarquinius is, qui antequam Imperium caperet, Aruntem suum ipsius fratrem,quia nollet malus fieri,uenenis sustulit, adiutricem in hoc scelus illius uxorem capiẽs,suę ipsius uxoris sororẽ,cui stupro cõmiscebatur antea. Hic deis hostis,idem quoq; nuptã sibi pudicam fœminã, & filiorũ sociam, per eos dies ijsdemq; uenenis interficiens,ne is quidẽ detestari dissimulare ue calumnias utrorumq; uenenorũ,ut non à se paratorũ, dignatus, miseri cordi utens psona,paruáq; aliqua luctus simulatione:sed statim simul atq; peracta sunt opera hæc mirabilia,priusq; pyræ maceratæ essent,quæ infelicia susceperãt corpora, epulũ amicis dedit, nuptiasq; pfecit. Homicidãq; sponsam,ó dij,in cubiculũ sororis duxit,arcanas seruans firmansq; pactiones:impia ille & execranda,nec in Græca usq; nec in barbarica terra facta, primus in Romanã Vrbem introducens & solus.Sed qualia peregit Quirites famosa,grauiaq; in utrosq; soceros iam in exitu ipso uitæ:Seruium quidem clementissimum regum, decq; uobis optime meritũ palam interficiẽs, neq; funeris,neq; sepulturæ legitimæ potiri corpus eius sinẽs: Tarquiniam

Tarquinij scelera in suos

autem uxorem eius,cui ipsum honorem habere tanq̃ matri conueniebat, patris sui sororem,sibiq̃ beniuolam,priusq̃ uirum lugere posset,cõsuetaq̃ ad sepulturã ei perficere,miserã laqueo cõficiẽs:à quibus ipse seruatus erat, & apud eos educatus,quibusq̃ successurus fuerat, paululũ ipse expectans, donec eos naturalis mors dissolueret. Sed quid istis increpãdis insisto? tot habẽs istius accusandas iniquitates,præter eas quas in cognatos soceros q̃ peregerit. Nempe eas quas in patriã uosq̃ omnes perfecit: siquidẽ iniquitates appellare has oportet, ac nõ euersiones exterminationesq̃ generationum omniũ & gentiũ.Statim enim principatũ (ut ab eo incipiã) quonãmodo accepit? An quemadmodũ superiores reges? multũ abest.Illi enim omnes à nobis adducti sunt ad principatus, secundũ antiquas consuetudines & leges:Primum quidẽ senatusconsulto scripto,cui quidẽ datum est ab omnibus de republica consultare:postea eligentibus Interregibus,quibus permisit Senatus ex dignis imperio ualde idoneũ diiudicare: postq̃ hæc suffragia in comitijs ferẽte populo,per quẽ omnia cõfirmari maxima lex quidem iubet:ultraq̃ hæc omnia,auspicijs & immolationib. pulchre euenientibus,sine quibus nulla esset prouidentiæ humanæ studiũq̃ utilitas.age uero quis uestrũ aliquid scit horum factũ, cum Imperiũ accepit Tarquinius? quam senatus consultationẽ? quam Interregũ cognitionẽ? quæ populi suffragia? quæ auspicia prospera? non dico hæc omnia,quamq̃ oportuisset(si quidem pulchre se habitura res erat)nihil horum cõsuetorumq̃ ex legibus relinqui:sed si quis unum solum habet quod possit horum factũ ostendere haud æquũ censeo quæ relicta sint calumniari. Quomodo igitur trãsgressus est ad principatũ? armis,& ui,& improborũ cõiurationibus(ut est mos Tyrannis)inuitis uobis egerrimeq̃ ferentibus. Age uero postq̃ potestatẽ obtinuit,quoquomodo accipiens,utrum ea usus est regie ęmulatus priores principes,qui dicendo & agendo peregere ea,quibus Vrbem felicioreẽ maioreẽq̃ posterioribus q̃ accepissent ipsi tradiderũt? & quis utiq̃ sanę mentis hæc diceret,uidens q̃ misere pessimeq̃ ab isto omnes affecti simus. nostras quidẽ patriciorum calamitates, quas siquis etiã hostium disceret fleret,taceo.pauci enim ex multis relicti sumus,humilesq̃ ex magnis facti,in paupertatem grauemq̃ anxietatem ex multis innumerisq̃ excidentes bonis, clari illi grauesq̃ & magni uiri, per quos illustris aliquando Vrbs nostra fuit, alij perditi, alij patriam fugientes.Sed & res uestræ quo se modo habent Quirites? an non uobis ademptæ leges? an non adempti ad sacrificia immolationesq̃ conuentus? inhibita comitia? & qui ferebant suffragia déq̃ rebus publicis contionabantur,inhibiti? cogit enim ad quæcunq̃ seruis emptis digna sunt, misere laborare, cædentes lapides materiamq̃, ferentes onera in profunditates terræ uoraginésque, facientes sumptum, ac ne requiem quidem malorum minimam capientes. & quis igitur finis erit calamitatũ? & quod ad tempus usq̃ patientes hæc sustinebimus? & quando

Tarq. iniquitas in ciues

do patriam libertatem possidebimus? moriente ne Tarquinio? & quid erit tunc plus uobis? quid non peius? tres pro uno Tarquinios habituris, multo scelestiores patre? quando enim factus ipse ex priuato Tyrānus, tardéq; incipiens malus esse, omnem tamen diligentissime explicuit Tyrannicam prauitatē, quales credi oportet fore ex illo genitos? quibus genus quidem improbum, educationes prauæ. ciuile aliquid quod fieret aut moderatum, nec uidere unquam licuit, nec discere. Sed ne diuinetis dira execrandáque eorum ingenia, sed uos certo cognoscatis, quales uobis educat catulos Tarquinij Tyrannis, spectate opus eorum unius æuo maximi. Hæc est Spurij Lucretij filia, quem præfectum Vrbis Tyrannus ad bellum exiens declarauit: eademq; Tarquinij Collatini uxor, cognati horum Tyrannorum, & qui pro eis multa perpessus est mala. Ipsa enim uiuere pudice uolens, uirumq; suum diligens (uti fœminæ probæ conuenit) hospitante apud se propter cognationem Sexto hesterna nocte, Collatinóque tunc ad exercitum profecto, libidinosam contumeliam Tyrannidis non potuit effugere. Sed ut captiua necessario deprehensa sustinuit quæcunque minime fas est liberam mulierem pati. quibus ipsa indignata minimēq; ferendam ducens hanc contumeliam, postquam patri propinquisq; alijs detinentes se fortunas percurrit, multis adhibitis precibus, & obsecrationibus ut malorum suorum uindices ipsi fierent, absconsum gladium in sinu nudans, uidēte patre ó Quirites per uiscera exegit ferrum. O admirabilis tu quidem, summisq; efferenda laudibus ex ista generosissima electione, occisa perditáque es non sustinens Tyrannicam contumeliam, uitæ omnes paruipendens uoluptates, ne quid te tale amplius pati oporteret. Deinde tu quidem Lucretia muliebrem sortita sexum, generosi uiri spiritus habuisti: nos autem uiri inferiores erimus uirtute mulieribus? Et tibi quidem quia una passa es nocte Tyrannidem incontaminato per uim pudore priuata, suauior beatiorq; uisa est mors quàm uita: nobis autem istud ipsum ut opinemur non cōstabit? quos non unam diem Tarquinius, sed iam quintum & uicesimum annum uexans per tyrannidē spe priuauit omni libertatē adimens. nec nunc est nostrū Quirites uiuere in talibus uolutatos malis: illorū ipsos uirorū posteros, qui se æqua cæteris statuere dignum cēsuerunt, multaq; pro imperio & gloria pericula subierunt. atqui omnibus est duorū alterum eligēdū, aut uita libera, aut mors gloriosa. Venit em̄ quod optauimus tēpus, sublato quidē ex Vrbe Tarqnio, patricijs aūt aggrediēdæ rei huius principibus, nulloq; nobis deficiēte, si ad opera cum prōptitudine accingamur, nō corporib. nō pecunijs, nō armis, nō ducibus, non ullo deniq; in res bellicas apparatu. plena enim horum urbs est omniū. turpeq; est nos Volscorū Sabinorumq;, & aliorū pluriū principatū postulātes, seruire ipsos alijs sustinere: ac pro Tarqnij cupiditate cōmodisq; multa gessisse bella, pro nostra uero libertate nullū. Quibus igit̄ facultatibus usuri ad res gerendas

In Tarquinij filios inuehitur

simus

simus,quibusq; societatibus,hoc nunc mihi dicendum restat. Primum qui/dem spe de diis optima,quorũ sacra, templaq; & aras inquinauit Tarqui/nius,cruentis manibus ciuilique omni pollutione plenis immolationes liba/tionesq; initians.deinde nostra spe de nobis,neq; pacis,neq; belli inexper/tis.præterq; hæc sociorum auxiliis,qui non uocãtibus nobis res nouas mi/nime moliendas putant: si uero uideant nos uirtutem nobis uendicantes, læti bellum nobiscum suscipient. Tyrãnis enim inimica est omnibus uolen tibus esse liberis. Quod si aliqui uestrum timent ciues, qui cum Tarquinio militant,tanquã eis cum illo aduersum nos pugnaturis,haud recte timent. Grauis enim illis etiam Tyrannis, innatumq; est omnibus hominibus li bertatis desyderium:omnisq; mutationis occasio satis est eis, qui sunt per necessitatem calamitosi.Hos enim si esse patriæ auxilio decreueritis, neq; ti mor retenturus est cum Tyrannis, neq; gratia, neq; aliud quicquam ui co/gens, aut persuadens hominibus iniusta agere. Si uero aliquibus eorum propter naturam prauam improbasq; educationes amor insidet tyranni/dis, non multis ipsis per deum, hos quoq; magnis adducemus necessitati/bus,ut ex improbis probi fiãt.Habemus eñ in urbe obsides eorũ filios, & uxores,& parentes, quæ res sunt anima cuiq; propria cariores. Hæc igitur reddere eis pollicentes si defecerint à Tyrannis, delictorumq; decernentes impunitatẽ,ne sint in metu facile eis psuadebimus. Quas ob causas Quiri/tes fidenter,spesq; optimas de futuris habentes in certamen prodite,bello rum omnium quæ unq; susceperitis pulcherrimum hoc statuentes. Vosq; igitur dij patrij terræ huius custodes boni,& Genij,qui patres nostros pro texistis,& Vrbs omniũ religiosissima,deoq; dilectissima, in qua genituræ educationisq; potiti sumus, deuouemus nos uobis sententia sermoneq; & manibus & animis,& parati perpeti quodcunq; numen & fatum feret.di/uino autẽ conatus pulchros felicem quoq; secuturũ finem.Insit aũt his om
* nibus,ut eandem sumentes fiduciã, una utentes sententia seruemus ipsi & seruemur à uobis. Talia dicente Bruto, exclamationes continue ad unum quodq; eorum quæ dicebantur à multitudine fiebant, significantes, quid uellent & quod iubebant. Pluribus autem lachrymę etiam præ gaudio de/fluebant,admirabiles inopinatosq; audientibus sermones:affectus quoq; uarij animum cuiusq; occupabãt,haud sibi inuicem similes. Dolores enim uoluptatesq; permixtæ erãt, hi quidẽ ex præteritis acerbitatibus,illæ uero expectatis ex bonis:collidebantq; cũ metu spiritus,cum alij quidẽ ut odio/sa malo afficerent securitatẽ mallent negligere, alij uero considerãtes haud facilem esse tyrãnidis euersionẽ, uererẽtur insidias inferentes. Vbi uero lo/qui desijt Brutus,uelut uno ex ore omnes eandem uocem exclamarunt, du ceret se ad arma. Isq; gauisus, si quidẽ,inquit, prius quæ Senatui uisa sunt discentes,quod statutum est firmaueritis. Visum enim est nobis proscribe/re Tarquinios ex urbe Roma Romanorumq; regione, quantæcunq; sunt

domini

domini, genusq; eorum omne. neminiq; licere de reditu Tarquiniorum quicquam agere uel dicere. Siq; aliquis contraria his faciens inueniatur, ipsum mori. Hanc si uultis firmam esse sententiam, diuisi in curias ferte suffragia, & hoc uobis primum esse incipiat ius libertatis. Sunt hæc facta. & ubi curiæ omnes exilium Tyrannorum decreuere, progrediens iterum Brutus dixit. Postquã prima confirmata sunt à uobis ut oportuit, audite etiam reliqua, quæcunq; consulta sunt nobis. de Reip. forma speculantibus, quisnam magistratus fiat publicorum dominus, regnum quidem uisum est nobis non amplius constitui oportere. Principes autem singulis annis binos creare regia potestate, quos uos in comitijs designabitis, ferentes calculos per centurias. Si igitur hęc quoq; uobis uolentibus sunt facta per suffragia declarate. Laudauit hanc quoq; sententiam populus, neq; aduersus calculus ullus fuit. Post hoc progrediens Brutus Interregem designat curam comitiorum habiturum ex patrijs legibus Spurium Lucretium. isq; solues contionem iussit omnes in campum ire, in quo eis consuetum erat habere comitia, cum armis celeriter. Aduenientibusq; eis, eligit duos uiros peracturos omnia quæcunq; agere licebat regibus, Brutum & Collatinum. Vocatusq; populus per centurias, sanxit eis imperium. Et quæ quidem sunt in Vrbe per id tempus gesta, fuere talia. Rex autẽ Tarquinius ut audiuit ab ijs quibus licuerat ante quàm portæ clauderentur dilabi nuntiantibus, hoc solum quod habuerat Brutus contionem populariter agens, ciuesq; cohortans ad libertatem: nemini alij rem aperiens subductus est ab exercitu, assumptis filijs amicorumq; fidissimis. agensq; loris equos ut præuenturus defectionem, sed inueniens portas clausas, plenaq; armis propugnacula, redijt iterum ad exercitum quàm potuit celerrime. gemens ac dira patiens. Contigit autem ibi quoq; iam res esse corruptas. Nam Coss. celerem eius præsentiam ad Vrbem forte præuidentes, mittunt alijs itineribus litteras ad eos qui in castris erant, adhortãtes ut à Tyranno deficerent, & quæ uisa essent ciuibus in Vrbe manifesta eis facientes. Has autem litteras accipientes hi, qui relicti erant à Tyranno in exercitu, T. Herminius & M. Horatius legerant in contione, sententias quoq; exquirentes per centurias, quid opus esset facto. Ac postquam omnibus uisum est, ut rata ducerent quæ iudicata erant in Vrbe, non amplius Tarquinium recipiunt. Isq; ab hac spe quoq; repulsus, cum paucis fugit ad urbem Gabios, quorũ regem designauerat filium natu maximum Sextum (ut dixi etiam superius) iam ipse per ætatem canus, ut qui quintum iam & uicesimum regnasset annum. Herminius autem & Horatius pactis cum Ardeatibus inducijs in annos quindecim, duxere domum exercitum. Regius igitur dominatus post conditam Vrbem durans annos ducentos & quadraginta quatuor, sub rege ultimo in Tyrannidem conuersus, his est causis per hos uiros dissolutus.

Tarquinius exulat.

Argumentum

ARGVMENTVM LIBRI V

Quintus liber Dionysij Halicarnasei de Antiquitatibus Romanis, continet Regum Romanorum expulsionem, ac deinde eiectis regibus res sub Coss. gestas ab Olympiade sexagesima octaua usq; ad septuagesimã primam, Tempus duodecim omnino annorum.

REGIVS igitur dominatus durans post Vrbem conditã annos ducentos & quadraginta quatuor, sub rege ultimo in Tyrannidem cõuersus, his est causis per hos uiros dissolutus, Olympiade octaua & sexagesima, qua uicit in stadio Ischomachus Crotoniates: gerente Athenis annuum magistratum Isagro. Olymp. 68 Ab V.C. An. 245 Paucorum autem principatu inito primi quidem regium dominatum suscipientes consules, quatuor mensibus ad annum illum deficientibus: L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus, quos Romani lingua ut dixi sua consules appellant, alios assumentes multos aduenientium in Vrbem militum ab exercitu, post icta cum Ardeatibus fœdera, paucis diebus post eiectionem Tyranni, conuocantes populum in contionem, multosq; de concordia sermones habentes, decretum iterum sanxerunt alterum de eis, quæ qui prius in Vrbe erant decreuerant, exilium perpetuum Tarquinijs iniungentes. Posteáque lustrationem Vrbis facientes, sacrasq; hostias cædentes, primi ipsi super stantes cæsis hostijs iurarunt, ciuibusq; cæteris ut iurarent persuaserunt, non restituturos se ab exilio Tarquinium, neq; eius filios, neq; eos qui ex illis futuri essent, neq; regem Vrbis Romæ se aliquem constituturos, neq; constituere uolentibus permissuros. Et hæc quidem de se ipsis, deq; filijs suis, deq; futuro genere suo omni iurarunt. Sed quandoquidem multorum magnorumq; bonorum autores fuisse Reip. uisi erant Reges, custodire uolentes nomen huius Imperij per omne tempus donec Vrbs esset, iussere pontifices & augures unum eligere ex senioribus maxime idoneũ, nullius ipsum rei alterius, præterquam eorum, quæ ad diuinos cultus pertinent, præsidentiam habiturũ, & ab omni alio ministerio ciuili bellicoq; liberum, Regem sacrorum uocatum. Creatusq; est rex Sacrificulus primus Manius Papyrius, ex patricijs uir quietis studiosus. Vbi uero constituta sunt hæc, ueriti (ut mihi uidetur) ne ex hac noua forma administrandæ Reip. innasceretur multis opinio nequaquã uera, quod pro uno, duo reges facti essent Vrbis domini, habente consulũ utroq; duodecim secures, sicut Reges habuerant, metum ciuibus adimere cogitarunt. Potestatisq; inuidiam huius imminuere, statuentes alterum consulum duodecim secures præcedere, alterum uero ministros duodecim, uirgarũ tantum habentes fasces, & (ut quidam tradunt) etiam cornicines: fiericq; securium susceptionem ex cõuersione, unum

Rex sacrorũ primus Manius Papyrius

menſem

menſem obtinẽte eas inuicem utroq;.Hoc igitur inſtitutũ firmantes prom/ ptam effecere in perennitatem rerum popularem humilemq; turbam,alia quoq; his ſimilia perficientes non pauca.etenim leges de cõtractibus ſcri/ ptas à Tullio humanas eas populariſq; uiſas, quas Tarquinius ſubſtule/ rat, omnes renouarunt: ſicq; etiam immolationes, quas & in Vrbe, & per agros conuenientes communiter populariſq; & tribules perficiebant,curæ haberi iterum ſtatuerunt,quemadmodum ſub Tullio perficiebantur. con/ tionemq; eis reſtituerunt de rebus maximis ac ferendi ſuffragij poteſtatẽ, aliaq; agendi omnia quæcunq; prius agere cõſueuerant. Multis igitur uo/ luptati erant quæ ab illis agebantur,ex diuturna ſeruitute in libertatem ue/ nientibus inſperatam. Inuenti tamen ſunt etiam ex eis aliqui, quibus eſſet malorum in tyrannide deſiderium ob leuitatem & auariciam, uiri non ob/ ſcuri,qui in proditionem Vrbis coniurarint Tarquiniũ recipere, conſulesq; interficere.Duces autem eorum qui fuerint,& quibus caſibus inſperatis co/ arguti quanquam omnes latuiſſe homines uiderentur, pauca eorum quæ ante facta ſunt reſumens dicam. Tarquinius enim poſtquam regno exci/ dit,tempus quoddam non multum commoratus eſt Gabijs,ſuſcipiens con uenientes ad ſe ex urbe quibus quidẽ erat Tyrannis libertate gratior, Lati/ norumq; inſiſtens ſpei ut per illos reducendus in regnum. Vbi uero nõ ad/ hibuerunt ei mentem ciuitates,nec pro eo Romanæ Vrbi bellũ inferre uo/ luerunt,deſperato ab eis auxilio in Hetruſcã profugit urbem ex qua ei ma/ ternum erat genus,Perſuadẽsq; largitione Tarquiniatum generi, perq; il/ los in contionem deductus,cognationis intulit commemorationem,quæ ei cum illa ciuitate erat, beneficiaq; percurrit, quæ aui ſui in omnes erant He/ truſcas urbes.in memoriamq; eis redigens fœdera, quæ cum ipſo fecerant, poſtq; hæc omnia, qui ſe caſus deprehẽdiſſent deflens: utq; ex magna ex/ cidens felicitate die una,errabundus neceſſariorumq; indigens, cum tribus filijs ad eos qui ſub ſe aliquando fuerant profugere coactus eſſet, diſſerens iſta miſerabiliter multisq; cum lachrymis,perſuaſit populo,ut legatos Ro/ mam mitterent, cõciliatorios tunc primum inferẽtes ſermones de ſe,ut con/ ſpirantibus in ea urbe ſecum potentibus, laturisq; ipſis opem ſibi ad redi/ tum.Deſignatis autem legatis,quos ipſe uoluit,edocens eos quæcũq; opus eſſet dicere & agere:dansq; eis literas ab exulibus, qui cum eo erant,conti/ nentes preces ad familiares ſuos ipſorum & amicos:dimiſit eos ferentes eti/ am auri aliquid.Hiq; uiri Romam uenientes,in Senatu hæc dixerunt: po/ ſtulare Tarquinium, ut accepta fide uenire ſine metu liceat ſe cum paucis: primum quidem (ut æquum eſt) in Senatum: deinde autem ſi concedat Senatus,tunc in concionem ire,rationem redditurum de omnibus quæ ege rit,ex quo principatum cepit, iudicibusq; uſurum,ſi quis accuſare eum ue/ lit,Romanis omnibus: ſiq; excuſans ſe, perſuadeat omnibus, quod nihil egerit dignum exilio,tunc ſi reddant ei regimẽ,imperaturum ſe rurſus qui/

buſcunq; ciues æquis conditionibus diffiniant. Si uero malint nō amplius gubernari per regem ut antea, ſed alteram inſtituere formam regiminis, tunc manere ſe in urbe liceat, quæ patria eſt, atq; domum habētem propriam ſimul cum cæteris ex æquo regi, liberariq; exilio & erroribus. Quæ cum dixiſſent legati, Senatū rogabant ea maxima ratione: cum iuſtū æquumq; eſſe omnibus conſtitutum eſſet hominibus neminem dictione cauſæ iudicioq; priuari, ut ei uiro etiam concederent defenſionem, cuius ipſi iudices futuri erant. ſicq; nollent hanc gratiam illi dare, urbis cauſa quæ rogabat pro eo, modeſte agerent: munus dantes ex quo nihil lędendi ipſi, honorem magnum uiderentur apponere ſuſcipienti. cumq; homines & ipſi eſſent, ne ſupra naturam ſe humanam extollerent, nec immortales in corporibus mortalibus haberent iras: ſed prēter ſenſum ſuum etiam clementer aliquid agere ſuſtinerent rogantium ipſorum cauſa, conſiderantes ĭdem prudentium uirorum eſſe amicitĭs condonare inimicitias, amentium autem & barbarorum inimicis pares amicos facere. His à legatis dictis, aſſurgens ita locutus eſt Brutus. De ingreſſu Tarquiniorū in Vrbem uiri Hetruſci, deſinite plura dicere: latum eſt enim iam ſuffragium decernēs eis perpetuum exilium, perq; deos iurauimus omnes, neq; eſſe reducturos nos tyrannos, nec reducētibus permiſſuros. Si uero aliquid aliud modeſti rogaturi eſtis, quod nec iuramento nec legibus agere prohibeamur, dicite. Poſt hoc redeuntes legati in hanc ſententiam loquuti ſunt. Inopinatæ quidē nobis obuiam res fuere. Rogantes enim pro uiro ſupplice rationem uobis reddere poſtulante & (quæ apud omnes eſt æquitas) in propriam gratiā reponentes, ne hoc quidem potiri potuimus. Sed poſtq; uobis ſic uidetur, de ingreſſu quidē Tarquinĭ nihil rogamus amplius: aduocamus autē in aliud uos quoddam iuſtum, de quo nobis mandatū dedit patria, neq; prohibens uos id facere lex ulla eſt, neq; iuſiurandum. ut reddatis Regi bona quæ auus ſuus poſſedit antea, nihil ipſe ueſtrarū rerum nec ui, nec clàm occupās, ſed à patre ſuſcipiens, idēq; ad uos afferēs. Sufficit enim ei ferēti ſua aliquo in loco alio beate uiuere, nihil uos cōturbantem. & hæc quidem cum dixiſſent legati exiuere. Conſulum uero alter Brutus retinendas cōſulebat has pecunias: cum mulctæ pro ĭjs in quibus Remp. Tyranni læſerant, multis ipſis & magnis: tum uero etiam utilitatis cauſa, ne facultas ad bellum eis fierent hæ pecuniæ: docens idem quod nequaq; ſatis eſſet Tarquinĭjs bonis ſuis frui, neq; uitā ſuſtinerent priuatā uiuere, ſed Romanis bellū adducerent alienigenarū gentium, conarenturq; ui ad imperium redire. Collatinus uero contraria ſuadebat, dicens nō læſiſſe ciuitatē pecunias tyrannorum, ſed corpora: cauereq; ipſos cenſens hæc utraq;. ne opinionis improbæ apud omnes potirentur, quaſi propter diuitias eieciſſent regno Tarquinios, néue iuſtā eis cauſam exhiberent belli, tanquam ipſis re ſua propria ſpoliatis: eſſe quoq; incertū dicens, an pecunias recipientes Tarquinĭ, bellum adhuc aduerſus urbem

pro reditu

pro reditu gesturi essent:alterum uero clarissimum,quod fraudati bonis suis,pacem agere haud dignarentur. Talia dicentibus cõsulibus,multisq; uarie alterutri assentientibus,dubitans quid agendum esset Senatus, & complures dies deliberans, quandoquidem utiliora Brutus dicere uidebatur, iustiora uero suadebat Collatinus,cogitauit tandem utilis iustiq; iudicem populum facere:multisq; dictis ab utroq; consule, calculos accipientes curiæ triginta numero adeo parum inter utranq; partem effecere momenti, ut uno tantum calculo uicerint qui reddi iubebant bona, eos qui ea retinenda consulebant. Accipientes itaq; responsum à consulibus Hetrusci, multumq; ciuitatem laudantes,quod iusta potius,quàm utilia elegissent: nuntiarunt Tarquinio ut mitteret recepturos opes suas,ipsiq; in Vrbe permansere,conductionem asportabiliũ dispositionemq; eorum quæ minime agi ferriq; possent simulantes:ut se autem res habebat,agentes præparantesq; in urbe,quæ mandarat eis tyrãnus. dederant enim ab exulibus ad necessarios eorum epistolas,& ab illis alias ad exules ceperant. ueniẽtesq; cũ multis in confabulationem,uoluntatemq; eorum tentantes,quos captabiles inueniebãt propter sensus imbecillitatem,aut uictus inopiam, desideriúmue in tyrannide supra cæteros commodorum, his spes subijcientes iocundas, & utilia,pecuniasq; dantes,corrumpere ipsos conabantur. oportebat autẽ (ut est uerisimile in urbe magna,multæq; turbę)apparere aliquos,qui peiorem reipublicæ formam,meliori anteponerent:nec ex ignobilibus tantummodo,sed etiam ex illustribus aliquos:in quibus erant Iunij duo, Titus & Tiberius consulis Bruti filij,tunc pubescere incipientes:& cum eis duo Gellij, Marcus & Manlius fratres uxoris Bruti, ad publica administrãda idonei: atq; Collatini Cõsulis alterius duo sororis filij Lucius & Marcus Aquilij,ætatis illius cuius erant Bruti filij:apud quos sæpe fiebant conuentus,patre eis non amplius uiuente,decq; tyrannorum reditu doli componebãtur. Ex multis igitur cum alijs uisum est mihi res Romanas deorum prouidentia in tantam peruenisse felicitatem,tum uero ex ijs,quæ tunc facta sunt nõ minimum, talis enim illos amentia & in deos offensa miseros & insupportabiles detinuit,ut epistolas sustinuerint ad Tyrannum dare sua ipsorũ manu scriptas,declarantes ei multitudinem participum coniurationis, & tempus in quo impetum in consules facturi essent: persuasi ipsi ex missis ad se literis à Tyranno,quod præscire uellet,quibus oporteret se Romanis bene facere obtinentem imperium. Harum autem facti sunt consules casu quodam tali domini. Apud Aquilios ipsos,qui nati ex sorore erant Collatini, adducti sunt coniurationis principes,ut ad sacra immolationemq; conuocati. Post epulas autem iubẽtes è conuiuio ministros exire,& ante fores habitationis uirorum ire,differebant inter se de reductione ipsa Tyrannorũ: & quæ uisa erãt reposuerant seorsum in literis sua manu scriptis, quas opus erat accipientes Aquilios legatis Hetruscis tradere,illosq; Tarquinio. Interim uero

Legatorũ proditio

rim uero ſeruorum quidam uini præbitor ex urbe Cenina captiuus, cuius nomen erat Vindices, ſuſpicatus hos uiros aliquid moliri prauum, ob mini ſtrorum ablegationem, ſolus foris reſtitit ad hoſtium ſermonesq; eorũ excepit: & literas ab omnibus ſcriptas uidit, ad compaginem quandam hoſtij perſpicuam uiſum adhibens. egrediensq; domum multa adhuc nocte ut à dominis ad opus quoddam miſſus, ad conſules quidem ueritus eſt ire: timens ne uolentes rem ipſi occultare ut cognatis proſpicerent, indicem coniurationis perderent. Veniens itaq; ad P. Valerium, qui inter primos quatuor fuerat, qui tyrannidem diſſoluerũt, dat ei dextram, & ab eo fidem per iuſiurandum accipit ſecuritatis ſuæ: ac eorum quæ uidit, & quæ audiuit fit index. quod ut Valerius edidicit, nullam interponens dilationem, ad Aquiliorum ædes cum magna manu clientium amicorumq; proficiſcitur ſub auroram: progrediensq; intra fores, ut ad opus quoddã aliud aduenies, minimeq; prohibitus, cum eſſent adhuc domi iuuenes, epiſtolarum ſit dominus: comprehendensq; eos, ante conſules ſiſtit. Quæ uero poſt hæc opera fuerint alterius conſulum Bruti quàm magna & admiranda, quibus maxime ſe extollunt Romani, dicenda habens, uereor ne dura, & incredibilia Græcis uidear cæteris dicere: quandoquidem innatum eſt omnibus ex affectibus proprijs, quę dicũtur de alijs iudicare, & quod credibile ſit incredibile per ſe facere: dicam autẽ nihilominus. Vbi dies q̃ primum affuit aſcendens Brutus tribunal & epiſtolas coniuratorum recenſens, ut inuenit quæ à filijs ſcriptæ erant, ex impreſſa utranq; cæra recognoſcens: poſt auulſa à literis manu eorum ſcriptis ſigna, legi primum à ſcriba eas utraſq; iuſſit audientibus aſtantibus omnibus, deinde iuſſit ſi quid uellent filios ipſos dicere. Vbi non eſt auſus neuter ad impudẽtem ſe abnegationem uertere, iamdudum damnans ſe uterq; flebat. continens autẽ ſe parumper Brutus, deinde exurgit, ac ſilentium per pręconem edicens, expectantibus omnibus quem finem res ferret, ſe morti filios condemnare dixit. ad quod omnes reclamarunt haud dignantes uirum talem ſupplicium de filijs ſumere, condonareq; uolebant patri animas adoleſcentium. Ille autem neq; uoces eorum neq; ululatus admittens miniſtros iuſſit abducere adoleſcentes, comploran tes & rogantes, dilectiſſimisq; appellationibus ipſum reuocantes. Admirabile quidem omnibus hoc apparuit, tribuiſſe nihil hunc uirum neq; precibus ciuium, neq; filiorum commiſerationi. Multo adhuc mirabilius eius uiri illud circa ſupplicia eorum implacabile. neq; enim conceſſit aliquem in locum alium abductos filios extra omnium conſpectum mori: neque ipſe foro deceſſit, donec illi punirentur, ſpectaculum acerbum uitans: neque ſine improperatione permiſit eos decretum explere fatum. ſed conſuetudines omnes ſeruans ſuppliciorum atq; legitima omnia, quæcunq; pati ſtatutũ eſt maleficos, in foro omnibus ſpectantibus cædi eos uirgis iubens, & ipſe omnibus quæ fierent præſens, tandẽ colla eis cædenda ſecuribus conceſſit.

Bruti ſeueritas in filios

Super

Super omnia autem præter opinionē,atq; admirabilia huius uiri erat contemplatiuum illud aſpectus eius minime artificiale:qui cum alij omnes quicunq; ſupplicio aderant flerent,ſolus ipſe conſpectus eſt nequaquam filiorum fatū deflens,neq; ſeipſum miſerans, aut execrans detenturā domum ſuam ſolitudinem,neq; aliud molle edens: ſed ſine lachrymis & ſine gemitu in obtutu permanēs alto corde pertulit calamitatē. adeo acer ſenſu erat, & ſtabilis ad ſeruanda quæ iudicata eſſent,ac rationem perturbantiū affectuum tolerans. Occiſis autē filijs,confeſtim euocat Collegæ ſui ſororis filios Aquilios,apud quos conuentus fiebant aduerſus ciuitatem cōiuratorū: & epiſtolas eorū legere ſcribam iubens,ita ut audirent aſtantes,defenſionē ſe permittere eis dixit. Vbi uero ducti ſunt iuuenes ad tribunal, ſiue aliquo amicorum ſubijciente,ſiue ipſi haud imprudentes ad genua auunculi procide-
Diſſentio inter Collatinū & Brutum
runt,ut per illum ſeruandi.cum iuſſiſſet Brutus lictores eos auellere, ducereq; ad mortem,niſi uellent cauſam dicere:dixit lictoribus Collatinus, ut differrent parumper, donec ipſe cum Collega loqueretur. prehendensq; eū ſolū, ſæpius pro iuuenibus intendit preces,partim quidē excuſans eos,ut per inſcitiā iuuētutis prauasq; amicorū cōfabulatiōes prolapſos in hāc ſenſuum corruptionē:partim uero cohortans eum,ut largiretur ſibi cognatorū animas,hoc unum ſolum petenti munus,nec pro aliquo alio amplius molesto ei futuro:partim quoq; illud docens,imminere periculum ne tota cōturbaretur ciuitas,ſi quicunq; uiſi eſſent aliquid exulibus de reditu confeciſſe, eos ipſi capitali pœna omnes conarentur afficere. Eſſe enim eos multos,& ex familijs haud ignobilibus quoſdam. Vbi uero minime perſuaſit, ad extremum petebat,ne mortem,ſed moderatam aliquā decerneret in eos pœnam:abſurdum eſſe dicens Tyrannos mulctatos eſſe exilio,amicos uero tyrannorum morte.contradicente uero etiam ad clementiorem pœnam Bruto,nec in aliud tempus differre iudiciū ſontium uolente(namq; ultimæ preces collegæ iſtę erant)ſed eo ipſo die omnes occidere cōminante ac iurante, mœrens Collatinus quod nullius eorum quæ petierat,ſe potiri contigiſſet. Poſtq; tetricus es,inquit,& amarus: ego iuuenes ipſos eximo, eiuſdem cuius & tu poteſtatis dominus. Hincq; excandeſcens Brutus,non tu, inquit, me uiuo Collatine proditores patriæ eripiens prævalebis:ſed & tu pœnas, quas æquum eſt,non multo poſt dabis.& his dictis & cōſtituta adoleſcentibus cuſtodia,populum in concilium aduocauit.foroq; repleto turba (erat enim in urbe tota peruulgatum filiorum eius ſupplicium)progrediens ipſe, *Oratio Bruti* & honoratiſſimos ſenatorum ſibi aſſiſtens hæc dixit, Voluiſſem equidem ciues Collatinum hunc collegam meum de omnibus mecum eadem ſentire,ac non ipſum ſermone tantum, ſed operibus etiam Tyrannos odiſſe, & cum eis bellum gerere: Sed quandoquidē contraria ſentiens manifeſte deprehenſus eſt mihi,neq; tantum natura eſſe,ſed uolūtate quoq; cognatus Tarquiniorum, reconciliationes cum eis tractans,& pro communi omniū

utilitate cõmodũ suũ spectans,ego eũ prohibere paro agere quæ in mente habet praua ipsa,& ad idem uos cohortor.Eloquar aũt uobis primũ in quibus fuerint Ciuitatis res periculis,deinde quonãmodo sit rebus usus uterq; nostrũ.Ciues quidã cõueniẽtes in Aquiliorũ domũ, ex sorore natorũ Collatini,in quibus filij mei quoq; erant ambo,& uxoris meæ fratres, simulq; alij cũ his nõ obscuri:conuentiones inter se fecerant, coniurauerantq; Tarquinium,me interfecto, in regnũ ducere, Epistolasq; de his manu sua scriptas,& sigillis suis signatas missuri erant exulibus. Hæc dei nobis alicuius beneuolentia manifesta facta sunt, ab hoc uiro indicante. seruus enim est Aquiliorũ,apud quos deducti illi nocte præterita epistolas cõscripserunt: quarũ facti sumus domini.Titũ igitur & Tiberiũ filios meos ipse supplicio affeci,Nec est quicq; dissolutũ per meã clementiã, neq; lex,neq; iuramentum.Aquilios autẽ,Collatinus mihi adimit,dicens non permissurũ se eos, qui paria cum filijs meis consilia habuerint,paribus potiri pœnis. Si igitur nullã isti pœnã subeant,neq; fratres uxoris meæ, neq; cæteros proditores patriæ punire licitum erit mihi. Quid enim iusti apud eos sum habiturus quod dicam,si hos sino? cuius igitur rei esse hæc putatis indicia? utrũ in ciuitatem beneuolẽtiæ,an cũ tyrannis recõciliationũ? & utrũ esse cõfirmationis iusiurandi,quod à nobis incipientes uos omnes iurati estis? an cõfusionis & periurij? & si nos quidem ille latuit execrationibus obnoxius, & deis dabit quos abiurauit pœnas.Postq; tamẽ perspicuus est factus,à nobis eum puniri conuenit:qui & paucis diebus ante Tyrannis tradi pecunias suasit uobis,ne aduersus inimicos utendas eas haberet ciuitas ad bellũ,sed aduersus ciuitatẽ haberent potius inimici;& nunc etiã coniurantes de reditu Tyrannorum liberari supplicio putat oportere,illis ipsis (cui dubiũ) gratificans:ut si redeant,siue per proditionẽ,siue per bellũ,has ipse prius efferens eis gratias,quæcũq; roget ut amicus ab eis impetret.& ego postea,qui nõ pepercĩ meis,tibi parcam Collatine:qui corpus quidẽ apud nos habes,apud hostes uero animũ:& qui patriæ proditores seruans,me pro ea certantẽ interficis: cur hoc quidẽ? Multũ absum ut faciam:imò uero ne quid tale amplius operis, magistratũ à te aufero,teq; alterã suscipere urbẽ iubeo. uobis autem ciues calculos dabo uocãs cũq; primum curias, ut decernatis an oporteat hæc rata esse. Scitote autẽ clare quod ex duobus alterutrum habituri estis, aut Collatinum,aut Brutum consulem. Talia dicẽte eo,clamans ægreq; ferens Collatinus,insidiatoremq; eum & proditorem amicorum deuocãs, & partim quidẽ calumnias refellens,partim uero pro fratruelibus suis deprecans, neq; sinens aduersum se tradi ciuibus suffragia:populũ acerbiorẽ fecit,excitauitq; diros in hæc quæ dicebantur tumultus. exasperatis autem ciuibus, nec excusationem sustinentibus, neq; preces admittentibus, sed tradi sibi calculos iubentibus:ad cautionem suscipiens hoc negotium socer eius Spurius Lucretius uir apud populum in honore habitus, ne adiecta contume-

lia magi-

lia,magiſtratu ſimul patriaq; excideret, dicendi ueniã à conſulibus petens & impetrans primus ipſe,cum nondum eſſet(ut ſcriptores Romani tradũt) poteſtatis huius Romæ conſuetudo ut contionaretur in concilio priuatus aliquis,communes habuit ad Conſulem utrunq; preces. Collatinum quidem admonens,ne repugnaret, néue inuitis ciuibus obtinere uellet magiſtratum,ſi qui dederant repoſcerent, quem à uolentibus accepiſſet: ſed ſua ipſe ſponte deponeret,neq; uerbis calumnias dilueret,ſed rebus:habitationemq; transferret,ſua omnia accipiẽs in aliquem locum alium, donec eſſet in tuto Resp. quandoquidem id conferre populo uidebatur: hoc quoque cogitans,quod alijs quidem delictis ubi perpetrata ſint ſolẽt iraſci omnes: in proditionis autem tantummodo ſuſpicione, prudentius eſſe dicũt uane etiam metuentes cauere,quàm contemptui indulgentes ipſos poſtea euerſum iri.Bruto uero ſuadens,ne cum pudore & opprobrio Collegam eijceret Vrbe,cum quo optime patriæ conſuluiſſet. ſed ſi ipſe ſuſtineret magiſtratum deponere,patriaq; uolens cedere,res eum omnes ſuas permitteret per otium componere:& munus aliquod de publico adijceret, ut ſolamen haberet calamitatis, eam gratiam à populo. Hæc utrunq; admonente eo uiro,laudantibusq; ſermonem ciuibus, Collatinus quidem ualde ſeipſum cõplorans,ſi propter miſericordiã cognatorũ relinquere cogeretur patriã, nihil ipſe iniuſte agens,magiſtratu ſe abdicat. Brutus autẽ collaudãs eum, quod ſibi utilia patriæq; conſuluiſſet: hortabatur ut neq; ſibi, neq; patriæ infenſus eſſet:ſed alteram ſuſcipiens habitationem eam eſſe duceret relictã patriam,nullo neq; ſermone nec opere communicans cum inimicis aduerſus eam:peregrinationemq; exiſtimans migrationem hanc eſſe,nõ relegationem aut exilium, corpus quidem apud ſuſcipientes ſe haberet, animum uero apud emittentes.Hæcq; huic uiro ſubijciens, perſuaſit populo, ut dono ei de publico uiginti darent talẽta, & ipſe quinque de ſuo addidit. Tarquinius igitur Collatinus tali caſu decidens, Lauinium abijt metropolim Latinorum generis, in qua defunctus eſt ſenex.Brutus autem haud æquum cenſens imperare ſe ſolum, neque uolens in ſuſpicionem uenire ciuibus quod principatus unici deſiderio adductus Collegam patria eieciſſet,conuocato ſtatim populo in campũm,in quo eis cõſuetum erat Reges, cæterosq; magiſtratus creare: collegam ſibi in conſulatu eligit P. Valerium ex Sabinorum (ut dixi)genere oriundum: uirum quidem cum ſtudiorum multorum aliorum gratia laude admirationeq; dignũ, tum uero uitæ plurimum frugalitate:philoſophia enim quædam percepta per ſe ei inerat quã in multis rebus oſtendit,de quibus dicã poſterius. Cum hoc itaq; una utens in omnibus ſententia,omnes eos qui de reditu exulum coniurauerãt ſupplicio quamprimum affecerunt, indicemq; coniurationis ſeruum libertatis ciuitatisq; participatione donatum,multis quoq; pecunijs honorarũt. Poſteaq; tres inſtitutiones utiliſſimas rei publicæ inferentes, ciues omnes

Collatinus cõſulatu priuatus exulat apud Lauiniũ.

P. Valerius conſul

ad concordiam induxerunt, inimicorumq; imminuerunt sodalitates. Fue-
Tres instituti ones Reip. uti lissimæ runt autem institutiones horum uirorum tales. Primum quidem ex præ-
stantibus in populo centum uiros eligentes patricios ipsos fecerunt, exple-
ueruntq; ex eis Senatum usque ad trecentorum numerum. Deinde bona
omnia tyrannorum ferentes in publicum ciuibus omnibus exposuerunt,
cõcedentes ut quantũcunq; ex eis caperet quisquis obtineret. agrumq; om
nem quantũ illi possederant, ijs qui nullam haberent sortem diuisere, unũ
tantum excipientes campum, qui inter Vrbem & flumen iacet, quem sacrũ
Campus Martius esse Marti antea decreuerant, equis pratum, atq; iuuenibus exercentibus se
ad bellicas meditationes, ludum opportunissimum. hunc autem prius quo
que huic deo sacrum adscribens sibi Tarquinius seuerat. Argumentum au-
tem huius rei maximum, id quod à consulibus factum est tũc de frugibus,
quæ in eo erant. namq; omnia Tyrannorum bona abducenda ferendaq;
populo permittentes, id quod in campo illo natum erat frumentum, aliud
in areis adhuc iacens, aliud in culmis. & quod etiam iam tritum erat auferre
nemini permiserunt: sed ut execrabile, nec idoneum quod in ędes importa-
retur, iaciendum in flumen esse decreuerunt. extatq; nunc monumentũ cla-
Insula Aesculapio sacra rum eius rei, insula satis magna Æsculapio sacra, quę flumine circumluitur:
quam ex aceruo dicunt stramenti putrefacti crassescentisq;, adiiciente limũ
etiam riuo esse factam. atq; Romanis qui cum Tyranno profugerãt, reditũ
in Vrbẽ sine metu, sineq; delicti alicuius recordatione concesserunt, uiginti
eis dierum tempus præfinientes: intra quam prędinitionem si non redirent,
mulctam eis statuerunt exilia perpetua, & bonorum quæ possederant pu-
blicationem. Hæc uirorum horum instituta eos quidem qui Tyrannorum
fruebãtur bonis quãtiscunq;, ne ab eis auferrẽtur rursus quæ habebãt com-
moda, sustinere ipsos periculũ omne coegerũt. Eos uero qui in metu erãt, ne
eorũ quæ in tyrannide præter leges egerant, causam dicere cogerentur, pre-
cium sibi existimantes esse, liberari metu, ut non amplius pro tyrannis sen-
tirent, sed ut pro urbe, coegerunt. His peractis, ad ea quæ ad bellum geren-
dum pertinerent conuersi, primũ quidẽ eas quæ suberant Vrbi uires, com-
pulerunt in campo sub signis ducibusq; cõstitutas ad militarem disciplinã
exerceri: audientes ipsi ex omnibus Hetruscis urbibus exercitũ in se exules
cõgregare: duasq; eis urbes palàm reditũ procurare, Tarquinios ac Veios,
magnis utrasq; uiribus: exq; urbibus cæteris aliquot uoluntarios, alios ab
amicis paratos, mercede cõductos alios. Vbi uero exiuisse cognouerũt iam
hostes, ire eis obuiã statuerũt, utq; prius q; transirent illi flumẽ, ipsi copias
traiiciẽtes progrederentur ulterius: castrametatiq; prope Hetruscos sunt, in
* prato uocato Iunio, iuxta nemus sactũ herois Orati. contigit autẽ & multi-
tudine prope pari esse utrosq;, & pari eos promptitudine descendentes in
pugnam. Primum igitur fuit eis certamen equitum quoddam breue, simul
atque se inuicem conspexere, antequam pedites considerent, in quo de se

experimẽtum

experimentũm capientes,ambo nec uincentes nec uicti,ad ſua ũtrĩq; caſtra rediere.Deinde pedites equitesq; prodierũt inſtructi eodem utrĩq; modo, mediam aciem peditum facientes,inq; cornibus equitatum collocantes.du cebat autem dextrum Romanorum cornu Valerius conſul,oppoſitam ha bens Veientibus ſtationem:ſiniſtrum Brutus, qua in parte Tarquinienſi um erant copiæ, quas earum duces Tarquinĩj filĩj adornabant. conſerturis uero manum eis,progrediens ex Hetruſcorum acie unus filiorum Tarqui nĩj Aruns nomine,robore quidem ualidiſſimus magnanimitateq; clariſſi mus fratrum omnium,equum propius Romanos agens, unde uocem fa ciemq; eius omnes cognituri eſſent, ſermones aduerſus ducem Romanum Brutum contumelioſa iaciebat uerba,pollutum eum ſanguine filiorum uo cans,& ignauiam timiditatemq; ei exprobrans, poſtremoq; eum in certa men pro omnibus prouocans ſolum ſibi congreſſurum. atque ille haud di gnatus improperia ſuſtinere,equum agit ex acie,negligens reuocantes ami cos ad decretam fato mortem ui raptus.ſimiliq; utrique animo, rationẽm que habentes eorum quæ paſſuri eſſent nullam,ſed eorum quę uellent age re, equos urgent in aduerſum adigentes. inferuntq; infeſtis haſtis uterque alteri per clypeos & per thoracas uulnera incurabilia: alter quidem intin gens in latera ferri aciem, alter uero in ilia. concurrentesq; aduerſis pecto ribus eorum equi delati impetu,in poſteriores reĩciuntur pedes, & retorto collo uterque aſcenſores ſuos excutiunt.ſicq; illi corruentes,multumq; effun dentes ſanguinis per uulnera animamq; efflantes iacebant. Alię autem co piæ ubi collapſos uiderunt duces, intrudunt ſe aduerſum cum clamore ma gno & armorum ſtrepitu.fitq; maximum certamẽ omnium peditum, atq; equitum, & fortuna utriſq; ſimilis. Nam Romani dextrum cornu obtinen tes cui alter præerat conſulum Valerius,uicere Veientes, perſecutiq; uſque ad caſtra repleuere cadaueribus campum.Hetruſci uero dextrum habẽtes cornũ quos ductabant Titus Sextusq; Tarquinĩj regis filĩj, læuum cornũ Romanorum auerterunt:propiusq; uallum accedentes non abſtitere quin tentarẽt,an ex inuaſione poſſent munitiones Romanorũ capere.Multa aũ tem accipientes uulnera ab ĩjs qui intus ſtabant reuertêre: erãt enim relicti caſtris præſidio hi qui Triarĩj appellantur, ueterani & multorũ bellorũ ex perti:quibus ultimis,ubi ſpes omnis amiſſa eſt,in certamina de maximis re bus abutunt.Ac iam ſole inclinãte in ueſperũ in ſua utrĩq; caſtra rediere,nõ tam læti ipſi uictoria q̃ multitudine amiſſorũ mœſti:ſiq; pugna eis alia o pus eſſet,haud ſatis ſibi ex relictis eſſe uiriũ putãtes,multis ſaucĩjs,ad certa men aliud cõmittendũ.Maior aũt erat apud Romanos anxietas,rerũq; de ſperatio ob ducis mortẽ: opinabãturq; multi,melius eſſe relinquere uallũ, anteq; dies fieret.Talia uero cogitãtibus,diſputãtibusq; eis inter ſe, circiter uigiliã primã fermè ex ſaltu iuxta quẽ habebãt caſtra, uox quædam apud utraſq; copias audita eſt,clara adeo ut exaudirẽt oẽs, ſiue obtinẽtis nemus

Bruti Aruntisq; congreſſus & mors

Triarij

herois

Faunus herois, siue Fauni. nam huic Genio asscribũt Romani quæ fiunt Panicos & quæcunq; apparentia, quæ quando q; formas uarias mutantia, metum afferentes, in conspectum hominum ueniunt: sicq; uoces Larium perturbantes auditum, esse huius opus dicunt. Ea uero uox Genij confidere cohortata est Romanos, ut uictores, uno esse plus declarans hostium mortuos. Hac uoce elatum dicunt Valerium, multa adhuc nocte impulsum esse ad Hetruscorum uallum, atq; multos eorum interficientem, reliquosq; expellentem, castris potitum esse. Huncq; finem ea pugna habuit: die uero postero legentes Romani spolia mortuorum hostium, suosq; sepelientes, tollentesq; Bruti corpus, cum multis laudibus & lachrymis reportarũt Romam præclari equitum, coronis ornatum uictorialibus: obuiusq; Senatus iuit, cum decreuisset ornare triumpho ducem: sicq; Populus omnis crateribus mensisq; excipiẽs exercitum. atq; ubi in Vrbem uenere, pompam ducens consul (ut mos erat regibus) cum tropheis offertas ipsi pompas, immolationesq; perficiebat, spoliaq; reponens deis, illam diem sacram duxit: illustrissimosq; ciuium, dans eis epulum, suscepit. Die uero sequenti obscuram assumens uestem, Brutiq; corpus proponens in foro, ornatum decenter in lectulo, aduocauit in concionem populum: atq; procedens ad pulpitum, in laudem eius funeream orationem habuit. Vtrum igitur Valerius primus hanc legem Romanis constituit, an ante positam à regibus accepe rit, non habeo quod certum dicam: quod uero inuentum est hoc Romanis uetus in funeribus insignium uirorũ uirtutis eorũ laudes dici, neq; ipsum Grẽci prius instituerũt, ex publica discens historia sanè scio: quam & poëtarum uetustissimi & historicorũ elegãtissimi cõscripserũt. Certamina enim sepulcralia super glorioſis uiris gymnica & equestria edita à propinquis eorum narrant: ut ab Achille super Patroclo, & adhuc prius super Pelope ab Hercule: laudationes aũt dictas super eis nõ scribũt, præterq; Athenis Tragœdi, qui adulãtes ciuitati, in sepultis à Theseo hoc etiã cõfinxerũt. Sero enim Athenienses funeream laudẽ legi apposuerũt: siue ab eis qui in Artemisio, & in Salamine, inq; Plateis pro patria occubuerunt: siue à rebus in Marathone gestis. Sunt autẽ opera illa etiã Marathonia Bruti sepultura, siquidẽ cœpere ab his primũ laudationes defunctis dici, annis quindecim posteriora. Si quis autẽ speculari desinens, qui nam primi fuerint funereas instituentes laudationes, legem ipsam per se uelit discere, apud utros habeat melius, tanto prudentius positam apud hos quàm apud illos inueniet: quanto Athenienses quidẽ super sepultis tantum bello haberi orationes funereas uidẽtur instituisse, ex una ipsi circa mortẽ uirtute, etiã si in cæteris leuis aliqs fuerit, æstimari oportere putãtes bonos: Romani uero omnibus claris uiris siue bellorũ illi accipiẽtes ducatũ, siue ciuiliũ negotiorũ præsidẽtias, prudentia cõsilia, actionesq; ediderint pulchras, hunc honorẽ haberi instituerunt, neq; tantum bello morientibus, sed & cæteris qualicunq; functis uitæ fine.

Funebres orationes

laudari

laudari ipsi ex qualibet per omnem uitã uirtute oportere putantes bonos, non ex una circa mortẽ gloria. Iunius igitur Brutus, is qui regium dominatum expulit, primusq; creatus est consul, sero quidem in claritatem proueniens, inq; ea breue florens tempus, Romanorum omnium clarissimus apparens, tali functus est fine: prolem ipse uirilem nullã neq; muliebrem linquens, ut qui certissima sunt perscrutati Romanorũ scribũt, coniecturas cũ alias multas huius rei afferẽtes: tum super omnia id quod uix refellibile est, quod patricij fuit ille generis. Qui uero ex illa se dicebãt esse familia, Iunijq; & Bruti, omnes plebei erant, magistratusq; petebãt quos lex gerere plebeios sinit, ædilitatesq;, & tribunatus. cõsulatũ uero nemo præter patricios petebat: sero autẽ aliquãdo hoc etiã potiti sunt magistratu, posteaq; plebeis quoq; cõcessum est eum capere. Sed de istis quidẽ cõsiderare, his relinquo, quibus est curæ, quorumq; refert uerũ scire. Post mortẽ uero Bruti, collega eius Valerius plebi suspectus fit, tanq; sibi regnũ cõparans. Primũ quidem quod imperiũ solus obtineret, cũ oportuisset ipsum statim collegã eligere, sicut Brutus fecerat Collatinũ eijciens: deinde quia domũ sibi in inuidioso loco extruebat, collẽ eligens imminentẽ foro, modice altũ, & præruptũ, quẽ Romani Veliam uocãt. Audiẽs autẽ ab idoneis uiris ille q; offenderẽt ista populũ, comitiorũ proponens diem consulẽ designat Spurium Lucretium, qui nõ multos dies obtinens imperiũ moritur. Inq; locũ eius Marcum Horatium substituit, domumq; transtulit ab eo loco collis infra, ut liceret Romanis, ut idem concionans dixit, ferire ipsum à sublimi superne lapidibus, si quid iniuste agentẽ eum deprehendissent. certamq; fidẽ capere libertatis uolens plebeios, abstulit à fascibus secures: constituitq; futuris post se consulibus cõsuetudinẽ, quę ad ætatẽ meam usq; permansit, ut cum extra urbem essent uterentur securibus, intus uero tantũ fascibus ornarẽtur. Legesq; posuit humanissimas, auxiliumq; ferentes plebeis. Vnam quidẽ in qua clare esse aliquem uetuit Romanorũ magistratum, qui non acciperet à Populo imperium, capitalem imponens pœnã, si quis extra hæc egisset, & qui eum occidisset insontem faciens. Aliam autem, in qua scriptũ est: Si magistratus aliquis Romanum quenquam interficere uerberibus ue cædere, aut mulctare uellet pecunijs: licere utiq; priuato illi à magistratu ad Populũ prouocare, patiq; eum interim à magistratu nihil, donec populus suffragia de eo ferret. Ex his autem institutis in honore habitus est apud plebem, imponiturq; cognomen ei Publicola. Vult autem nomen hoc lingua Græca significare Δημότην. & quæ anno illo perfecta sunt à consulibus fuere talia. sequenti uero anno designatur & ipse iterum consul Valerius, & cum eo T. Lucretius, sub quibus nihil gestum est aliud mentione dignum, quàm quod censuræ factę sunt, & constitutiones conferendorũ tributorũ in bella, ita ut eas Tullius rex lege sanxerat: per omne ipsas tẽpus Tarquinij principatus intermissas, & tũc primũ ab his uiris renouatas. Ex quib. quidẽ eorũ qui in

Velia
Sp. Lucretius
M. Horatius
246

qui in pubertate essent Romani inuenti sunt ad centum & triginta milia. &
* in oppidum Signiam missus est Romanorum exercitus, præsidio futurum
loci eius ad Latinorum & Hernicorum urbes positi, unde bellum expecta-
247 bant. Publio autem Valerio Publicola tertium ad eundem designato ma-
gistratum, & cum eo Marco Horatio iterum: rex Clusinorum qui in Hetru-
Porsena ria erant, Lartes nomine, cognomine Porsena, confugientibus ad se Tarqui-
niis, pollicitus est eis duorum se alterum effecturum: aut reconciliaturū eos
* cum ciuibus de reditu susceptione q; imperij, aut recipientem se quæ ablata
erant eis bona redditurum. Vbi uero missa legatione Romam, ferente mi-
xtas prouocationibus minas, neq; recōciliationes eis neq; reditum inuenit,
causante Senatu execrationes & iusiurandum habitum aduersus eos: neq;
bona eis recuperauit, illis inter quos diuisa erant & sorte data haud dignū
censentibus ea reddere: contumeliq; se habitum apud Romanos dicens, pa-
tiq; grauia q, ex postulatis à se neutrum impetrasset, uir arrogans sensuq;
corrupto opibus & imperio maximo atq; pecuniis, opinatus est se causas
habere pulchras dissoluendi Romanum imperium, iam pridem etiā id uo-
lens. indixitq; eis bellum, quod cum eo item susceperit uolens omnē demon-
* strare promptitudinem Tarquinij gener Octauius Mamilius ex urbe de-
scendens Tusculo, Camerinos & Antemnates qui Latinorū participes erāt
generis, adducens omnes, cum defeciissent iam à Romanis palàm: atque ex
alijs eiusdem gentis urbibus, nolentibus ipsis aperte confœderatæ urbi, ma-
gnasq; habenti uires, sine causa necessaria bellum inferre, uoluntarios com-
plures gratia persuasos. Hæc intelligentes Romani consules, primū quidē
pecunias ex agris, & pecudes, mancipiaq; in montes proximos traducere
colonos iussere: præsidium munitis locis imponentes idoneum ad seruan-
Ianiculum dos qui in ea confugiebant, Deinde rupem Ianiculum uocatum (est enim
mons altus prope Romam trans flumen Tiberim) ualidioribus firmāt mu-
nitionibus & præsidijs, prouidētes omnino ne fieret locus hostibus oppor-
tunus aduersus urbem communitus: ibiq; apparatus in bellum reponunt,
& intra Vrbem magis omnia populariter constituunt, multa agentes per
humana in egenos, ne ad tyrannos transmutarentur, remq; publicam lucri
proprij causa proderent. etenim immunes eos esse omnium decreuerunt tri-
butorum communium, quæcunq; illi sub regibus impendebant, nihil item
conferentes illos ad ea quę in res militares & in bella absumebātur, magnū
ipsi esse lucrum putātes Reip. si modo eorum corpora habituri essent pro
patria periclitantia atq; uires exercitatas multo ante & præparatas. In cam-
po igitur ante urbem sito castra posuere. Rex autem Porsena exercitū ad-
ducens inuasione subita Ianiculum occupat stupefaciens custodes, impo-
nit ei præsidiū ex Hetruscis: deinde Vrbem uersus properans, ut eam quo-
que sine labore sibi subiecturus, ubi propius pontem fuit atque Romanos
conspexit ante flumen considentes, apparabat se ad pugnam tanquam

eos

eos multitudine conculcatutus,adduxitq; cũ multo cõtemptu copias.habebant enim siniſtri cornus ducatũ Tarquinij filij Titus & Sextus ductantes exules Romanorum, & ex urbe Gabijs id quod erat robuſtiſſimum, aduenarumq; & mercenariorũ militum manum non exiguam: dextri uero Mamilius Tarquinij gener, ſub quo Latini qui à Romanis defecerant conſtituti erant. Mediam aciem Porſena obtinebat. Romanorum autem cornu dextrum ductabant Sp.Largius & T. Herminius oppoſiti Tarquinijs.ſiniſtrum uero M. Valerius Conſulum alterius frater Publicolæ, Titusq; Lucretius, qui ſuperiore anno conſul fuerat, aduerſus Mamilium & Latinos conſtituti.medium autẽ inter cornua uterq; Conſul.utq; uentum eſt ad manus, pugnabant utriq; ſtrenue, diuq; hoſtibus obſtiterunt Romani, peritia ipſi armorum & tolerantia præſtantes eis: multitudine uero lõge ſuperati ijdem ab Etruſcis & Latinis.Permultis autem utrinq; cadentibus,inuadit timor Romanos: primum quidem qui ſiniſtrum habebant cornu, ubi duces conſpexerunt Valerium & Lucretium ſaucios aſportatos ex acie:deinde eos etiã,qui in dextro cornu pugnabant,iam uincentes Tarquiniorum copias, idem occupat timor, conſternationem ſociorum uidentes,fugientium in Vrbem omnium confertorum,perq; unum pontem coactorum. ſicq; impetus fit in eos magnus,parumq; abfuit, quin Vrbs peruim caperetur,ſine muro ipſa ſecundum flumen,ſi in eam irrupiſſent ſimul cum fugientibus perſequentes.Qui uero impetum hoſtilem arcentes ſeruauerunt exercitum, uiri tres fuere Sp. Largius Titusq; Herminius, qui dextrum cornu obtinebant ex ſenioribus,exq; iunioribus P.Horatius,qui ex defectu alterius oculorũ in pugna effoſſi Cocles uocabatur, forma ipſe hominum pulcherrimus,animoq; egregius. erat enim fratruelis alterius conſulum M. Horatij, ducebatq; genus à Trigeminorum uno M. Horatio, qui Trigeminos Albanos uicit, cum de principatu contendentes hæ ciuitates & in bellum conſtitutæ conuenerũt, ne totis uiribus periclitarentur, ſed ternis tantum ex utraq; uiris,ut in prioribus declaratum eſt libris.Hi igitur ſoli poſt tergum facientes ſibi pontem, multos tranſitu prohibebant, & id uſq; in multũ tempus: permanebantq; in ingreſſu ipſo uarijs impetiti telis multorum ictibus, gladijsq; manu percuſſi, donec flumen exercitus tranſgreſſus eſt omnis. Vbi uero in tuto eſſe ſuos ipſis uiſum fuit,duo ex eis Herminius & Largius corruptis iam per continuas percuſſiones protegẽtibus ſe armis, reuerſi ſunt receſſim. Horatius autem reuocantibus eum ab urbe conſulibus reliquisq; ciuibus, plurimi quidem faciẽtibus illis talem ſeruari uirum patriæ & parentibus,ſolus non obtemperauit, ſed perſtitit ubi erat primum,iubens Herminium cõſulibus dicere uerbis ſuis,ut pontem reſcinderent ab urbe propere. Erat autem eo tempore lignis ſtructus unus ſine ferro,ex tabulis ipſis colligatus, quem & uſq; ad me talem cuſtodiunt Romani. Mandauitq; his uiris, ut cum plura diſſoluta eſſent pontis ipſius,

Horatius Cocles

Pons ſublicius

t· eſſetq;

essétq; eius parua pars reliqua,indicarent sibi signis aliquibus,siue uoce altiore. de reliquis aũt curæ sibi fore.his q; mandatis in ipso perstat põte,congredientiúmq; cũ eo alios gladio percutiẽs,alios clypeo reiiciens,omnes repulit irrũpentes. Non em̃ audebant cũ eo manũ amplius cõserere,qui persecuti erant Romanos, ut furibundo atq; letifero. Neq; erat itẽ facile adire eum à dextra leuáq; obiectũ habentẽ flumẽ, & à fronte quoq; armorũ cadauerumq; cumulũ.sed eminus congregati stantes,lanceis eũ iaculis,lapidibusq; missilibus infestabãt,& quibus ista deerãt,gladiis clypeisq; mortuorum.repugnabatq; ille missis in se armis eorũ utens:ac debebat,ut est ueri-
* simile,in cõfertos semp mittẽs aliquo potiri signo. Iamq; uulnerũ telorũq; multitudinẽ in multis ipsum corporis habentẽ partibus,unũ uulnus ex lancea,quæ per alterã coxarũ super caput femoris illata est aduersa,magnis eũ afflixit doloríb. gressumq; offendebat. Verũ ubi exclamãtes audiuit post, dissolutã esse magnam pontis partem,detrahitur cum armis in fluuiũ,transansq; defluxũ eius magna cum difficultate (etenim scissus ex sustẽtaculis tabularũ riuus, uortices erigebat magnos) enauit in terrã, nihil armorũ,in quibus erat,prorsus obiiciens. Hoc ei sanè opus gloriã peperit immortalẽ: cõfestim enim coronatũ ipsum Romani in urbem tulerunt laudes eius canentes,ut herois alicuius: omnisq; domi manẽs turba effundebat̃, desiderans donec adhuc supereſſet, eũ aspectu ultimo cõtemplari. uidebat̃ enim ob uulnera haud quaq; diu uicturus. Atq; ubi mortem effugit,statuã ei in armis æneam populus posuit,in præclaro fori loco. Deditq; ei publice regionis tantũ,quantũ ipse iugo boũ una die cirtũarare. Præterq; data publice,secundũ capita uir unusquisq; & mulier, quo tempore ualde grauis cibariorum necessariorũ penuria omnes detinebat,largiti sunt unius diei alimonium,plures ipsi simul omnes trecẽtis milibus. Horatius igitur tali demonstrata uirtute dilectus quidẽ carusq;,si quis alius, Romanis fuit, uerum ad reliquas res ciuitatis gerendas inutilis ex incessus defectu: propterq; eam calamitatẽ neq; cõsulatu,neq; ducatu aliquo militari potitus est.sicq; idem admirabile demõstrans opus in eo certamine Romanis laudari dignus est fortitudinis gratia,si & quis alius clarorũ hominũ:præterq; hũc etiã Caius
C. Mutius Mutius,cui Cordus cognomen erat, uir ex claris parentibus, ipse quoq; se
Hæc dictio in conatũ immittens † magistratũ: de quo paulo post dicã,narrãs primum
uitiata est in quibus esset tunc Vrbs periculis. Post illam em̃ pugnã rex Etruscorũ in monte proximo,unde præsidiũ Romanorũ eiecerat,castrametabatur, regionem omnẽ trans Tiberim in potestate habens. filiiq; Tarquinij & gener eius Mamilius cimbis ratibúsq; traiicientes uires suas in alterã partẽ fluminis Romã uersus in munito & ipsi loco uallũ iaciunt: unde inuadentes Romanũ populabant̃ agrũ, caulásq; euertebãt, & exeuntes pastũ ex locis tutis pecudes inuadebãt. Obtinentibus uero hostibus cãpestria omnia,nec ex agris importatis cibariis,nec per flumen ductis aliquib. nisi raris,subita

rerum

rerum secuta est necessariarum penuria,cõsumentibus multis milibus quæ parata erant non multa.post hæc famuli relinquentes dominos multi quotidie trãsfugiebant,atq; ex populari multitudine pessimi ad tyrannos deficiebant.Quæ uidentibus consulibus uisum est, ut Latinos quidẽ rogarent eos qui adhuc reuereri cognationẽ & in amicitia permanere uidebantur,ut sibi mitterent q̃ primũ auxilia:inq; Cumas Cãpaniæ ac in Pometini campi urbes legatos mitterent,postulaturos ut cõcederent sibi frumenti eductionem.ac Latini quidẽ eos frustrati sunt auxilio, tanq; pium sibi non esset, nec cum Tarquinio,nec cum Romanis bellum gerere, quandoquidẽ data essent de amicitia cum utrisq; iuramẽta. Ex Pometino uero cãpo Largius & Herminius missi ad cõuehendũ frumentum legati,multas scaphas onerantes omnis generis cibarijs,à mari contra flumẽ nocte silente luna latentesq; hostes ea conuexerunt. Hoc aũt foro rerum uenaliũ celeriter consumpto,eademq; inopia eos homines detinente, cognoscens ex profugis Etruscus,quod clausi intus fame laborarent,præcones ad eos misit,imperans ut Tarquinium reciperent,si uellent bello famẽq; liberari. Non acceptãtibus autem Romanis iussa, sed grauia omnia sustinere uolentibus, cognoscens Mutius quod duorum alterum eis euenturũ esset:ut aut nõ diu in eisdem permanerent cogitatis,indigentia necessariorũ coacti, aut seruantes cõstanter iudicium,miserabili perderentur fato:adit Consules,rogatq; eos,ut sibi Senatum cogerent, tanq; magnum esset quiddã necessarium q; allaturus. Quod ubi factum est,conatũ,inquit,patres audacẽ ipse excogitãs,per quẽ præsentibus liberetur Vrbs malis, ualde quidẽ fido operi, meq; uoti puto facile potentẽ fieri.de mea uero anima,an supstes futura sit operi,haud spẽ equidẽ magnã habeo:imò uero(si uera dicere oportet)nullã. In periculum igitur me demissurus tantum,haud æquum censeo latere omnes rebus magnis sublatus: ne si conatu me contingat excidere, non ex pulchris contingat operibus me magnarũ potiri laudum, ex quibus mihi pro mortali corpore,immortalis extet gloria. Populo eñ aperire quæ cogito, nequaq; tutum,ne quis propria amplectens lucra,hęc ad hostes deferat,quibus opus est,ut arcanis mysterijs,custodia.uobis uero quos tenaciter hæc secreta habituros credidi, primis solisq; efferre cogitaui.à uobis enim ea ciues dehinc alij tempore opportuno discent.Conatus autẽ talis quidã est meus,ut personam assumens transfugæ ad Etruscorum uallum pergam.sicq; minime fidem faciens apud eos moriar, uno tantũ pauciores reliqui ciues eritis:si uero uallum licebit ingredi, Regem uobis ipsum hostium me interfecturum polliceor.Moriente aũt Porsena,uobis bellum dissolutum erit. Ego autẽ si quodcunq; uisum erit numini patiar,horũ conscios uos habiturus,apudq; populum testes iam habeo, meliorem fortunã patriæ, uiæ ducem faciens. Laudatus itaq; à Senatu, captisq; augurijs de actione prosperis, trãsgressus est flumen.Aduenienscq; ad Etruscorũ uallum ingreditur deceptis por-

tarum cuſtodibus,ut eiuſdem gentis unus,armorum nihil manifeſtum habens, & Etruſca lingua loquens quam puer adhuc à nutrice doctus Etruſci generis didicerat. Atq; ubi ad forum & prætorium uenit, uidet hominem magnitudine corporis roboréq; excellentem:ueſte quoq; indutum purpurea,& in prætorio ſedentem tribunali, circáq; eum ſtantes armatos plures. Deceptus aũt opinione,ut qui nunquam Etruſcorum uidiſſet regem,hunc uirum eſſe ſuſpicatus eſt Porſenam.erat autem is regis ſcriba,inq; tribunali ſedebat,dinumerãs milites perſcribensq; cibaria. ad hunc igitur ſcribam pergens per circũſtantem turbam, & aſcendẽs ut inermis & a nemine prohibitus tribunal,educit gladium quẽ occultum ſub amictu habebat,feritq; hominem per caput.quo uno uulnere moriente illo, ſtatim ab ijs qui tribunal circundabant ad regẽ, qui iam de cęde ſcribæ audierat,ducitur. Isq; ubi eũ uidit. ó ſceleſtiſſime, inquit,omniũ, pœnasq; daturus quibus es dignus breui,dic mihi quis es, & unde uenis?& cui fidens auxilio agreſſus es opus huiuſmodi, & utrum ſcribam meum ſolũ interficere,an me quoq; propoſitum tibi fuerit?& quos habes inſidiarum ſocios?occuleq; ueri nihil,ne cogaris tortus dicere.hincq; Mutius,neq; coloris mutatione, neq; uultus demiſſione horrorem aliquem ſignificãs,neq; alia perturbatione ulla, quibus afficiunt morituri ſolent.Ego,inquit,ſum Romanus,nec quacunq; cauſa, ſed patriam liberare bello uolens,ueni ad exercitum ueſtrum, tanquam unus ex transfugis,interficeréq; te uolens,nec ignorans quod uel pulchre exequenti mihi hoc facinus,uel ſpe fraudato moriendum prorſus eſſet. Largiri aũt ei,à qua accepiſſem,patriæ uitam eligens,próq; mortali corpore immortalem gloriam relinquere, deceptus cum ſim hac ſpe pro te quem non debebam ſcribã tuũ interfeci, purpura & ſede ſignisq; alijs poteſtatis ſeductus. mortem igitur,cui ipſe me deuoui cum ad actionem hanc accingebar,non deprecor. cruciatus autem cæterasq; cõtumelias deprecor: quas ſi mihi remittis data fide per deos,polliceor me tibi magnæ rei,& quæ ad ſalutẽ tuã pertineat futurũ indicem.dicebat autem hæc ſtudens eum eludere. Ille aũt extra ſenſum factus,ſimulq; diuinans ſibi pericula à multis hominibus nequaquam uera,dat ei per iuſiurandum fidem. Poſt quod excogitans Mutius nouiſſimum fraudis modum,qui refelli palàm nequiret,trecenti inquit ó Rex Romani uiri, eiuſdem ætatis generisq; omnes patricij, cõuenientes te occidere conſtituimus,accepta datáq; inter nos per iuſiurandũ fide. Viſumq; eſt nobis,cõſultantibus quis eſſet modus inſidiarum optimus, non eundum eſſe nobis unà ad hoc opus omnibus, ſed ſingulis. neq; alterũ alteri aperire quando aut ubi, aut quo modo quibuſue facultatibus tibi inſidiaretur, ut adeſſet latendi à nobis opportunitas facilior. hæcq; cogitantibus nobis,ſortesq; iacientibus,ſors prima,mea rem aggrediendi fuit. túq; igitur præſciens,quod multi ſtrenuiq; eandem opinionem mecum ſunt habituri gloriæ deſyderio, quorum certe unus meliore fortuna q̃ mea fuerit

Porſenæ uerba

Verba Mutij

utetur

utetur, considera quænam tibi aduersus omnes futura sit cautio. Vbi uero Rex hæc audiuit, illum quidē abducentes satellites deligare iussit, custodiriq; diligēter. Ille uero amicorum fidissimos assumens, & Aruntem filium iuxta sedere iubens, deliberabat, quidnā agendo posset frustrari horum insidias. Cæterorū igitur unusquisq; fatuas cautiones eloquens, sentire nihil uidebatur opportunum. Filius aūt eius postremo sententiam protulit sua ipsius ætate seniorē. haud spectandū ei esse censens, qualibus utendo custodijs, nihil esset passurus graue, sed quid agendo potius non egeret cautione. Admirātibus aūt sensum eius omnibus, & quēadmodū istud fieri posset discere postulantib. si amicos, inquit, pro hostibus efficeret sibi Rex hos uiros, precioſioremq; animā suam duceret reditu in urbē unà cum Tarquinijs exulum. Ac præclare Rex quidē eum sentire ait, sed rem dignā esse consilio, quemadmodū decentes fierent cum Romanis recōciliationes, esse maxime pudendum dicens, si qui pugna eos uicisset, & inclusos teneret muris, abiret nihil per quod Tarquinius reciperet peragens, tanq; uictus à uictis ipse, simul & fugiens eos, qui ne è portis quidē egredi amplius sustinerent. Vnam aūt pulchram tantum demonstrabat inimicitiarū dissolutionē fore, si ab hostibus uenirent ad se facturi uerba aliqui de amicitia. & hæc tūc quidem ad filium & ad astantes. Verum paucis post diebus coactus est prior ipse recōciliatorios sermones incipe, propter causam huiusmodi. Dispersis enim per regionē militibus, & quæ in urbem ducerentur auferentibus, idq; facientibus assidue, Romani Consules dispositis opportuno loco insidijs, multos eorum perdūt, & occisis adhuc plures captiuos ducūt. Quā rem grauiter ferentes Etrusci, disputabant inter se per cōpita, criminando Regem aliosq; duces de diuturnitate belli, demigrare ipsi cupiētes aliquādo ad lares proprios. Cumq; igitur uisum esset gratas omnibus reconciliationes fore, legatos misit ex amicis suis fidissimos. Dicunt tamen quidā missum esse etiam cum eis Mutiū, data regi per iusiurandū fide de reditu. Alij aūt dicūt obsidem donec reconciliarentur eum uirū in exercitu esse custoditū: suntq; forsan hæc ueriora. Erant autē quæ Rex dedit legatis mandata huiusmodi: de restitutione Tarquiniorū fieri uerbum nullum: sed se æquum censere esse, opes suas eis reddi: maxime omnia quæcunq; senior Tarquinius reliquerat, & quæ illi acquirentes iuste obtinerent: uel si minus, quæcunq; possibilia agrorū, ædium, pecorū, corruptarūq; frugū æstimationē: utro modo uideretur magis eis conferre, siue ut obtinentes possidentesq; cōtribuerēt: siue ut ista ipsi ex publico dissoluerent. & hæc quidē pro illis. Sibi aūt dissoluenti bellum, peti eos iubebat, qui septē pagi uocantur. Erat enim ea regio antiquitus Etruscorū, Romanique eam occupauerant ademptam bello possidentibus. Et ut Romani Etruscis amici manerēt certi, ex præclaris familijs pueros futuros ipsos apud se obsides pro Vrbe peti. Aduenientibus aūt legatis Romā, Senatus decreuit Publicola altero Consulū suadente, cōceden-

Aruntis filij Porsenæ consilium

Mandata legatis à Porsena

Septem pagi

da esse quæcunq; postularet Etruscus, laborare popularem & inopem turbam putans cibariorũ penuria, cupideq; susceptura belli dissolutionẽ, quibuscũq; æquis cõditionibus fieret. Populus uero cætera ex S. C. firma esse iussit. restitutionẽ aũt pecuniarũ minime confirmauit. Sed cõtraria prorsus sentiens, nec ex publico, ne ex tributis priuatorũ quicq; reddi Tarquinijs statuit. mitti uero de his rebus ad Porsenã legatos, qui & obsides & regionem eũ recipere æquũ censerent. De pecunijs aũt iudicẽ ipsum factum Tarquinióq; & Romanis, ubi utroq; audisset, iudicare quę uiderẽt iusta, neq; gratia, neq; inimicitia abductũ: Abieruntq; Etrusci afferẽtes hæc ad Regẽ responsa, & cum eis qui à populo decreti erãt legati, ducẽtes secũ ex primis familijs uiginti pueros, quos opus erat pro patria esse obsides: dãtibus quidem filios suos primũ cõsulibus: Marco quidẽ Horatio filium, Publio uero Valerio filiã iam nubilẽ. Aduenientibus aũt istis ad exercitũ: Rex gauisus, multũq; Romanos laudãs, pactus est cũ eis inducias in præfinitũ quendã numerũ dierũ. recipitq; causę iudicationẽ. Dolebant aũt Tarquinij spe maxima excidentes quã de rege habuerãt, ut per illũ in regnum reducendi, sed cõplecti tamẽ præsentia cogebãtur, & quæ illi uisa essent suscipere. Venientibus deinde intra constitutũ tẽpus ad defensionẽ causæ ex Vrbe, & ex Senatu natu maximis, sedẽs pro tribunali Porsena Rex cũ amicis, iubensq; simul filiũ suũ ius dicere, permisit eis causæ dictionẽ. qua pendẽte adhuc, uenit nũtiãs quidã Regi fugã uirginũ obsidũ. Rogasse eñ eas custodes, ut lauare se pmitterẽt in flumine: q̃d ubi cõcessum fuit, ut absisterẽt quoq; parũ per, eas rogasse, donec lauarẽt uestesq; resumerẽt, ne se uiderẽt nudas: q; cũ impetratũ esset, adhortante cæteras Clœlia, primaq; incipiẽte, trãsnatato flumine abijsse in urbẽ oẽs. ibiq; multus erat Tarquinius peierationẽ increpans. perfidiamq; Romanorũ, regemq; irritãs ut deceptũ à dolosis hominib. ne eis amplius mentẽ adhiberet. Excusante aũt cõsule, ac fuisse hoc opus dicẽte ex ipsis Virginibus sine patrũ iussu, secq; fidẽ facturũ dicente q; nihil gestũ à se esset ex insidijs: pſuasus Rex cõcessit euntẽ ipsum ad se uirgines ut pollicebat adducere: profectúsq; est ducturus uirgines Valerius. Cæterũ Tarquinius genérq; eius, neglecta causæ dictione cõsiliũ ineũt impium, turma equitũ clã missa ad obsidẽdũ iter, rapiẽdásq; cũ ducerent uirgines, Cõsulẽq; ac ueniẽtes cæteros ad exercitũ capiendos, opum ipsi, quas Tarquinio Romani abstulerãt pignora hæc corpora habituri, finẽ litis nõ amplius expectãtes. Nõ pmisit aũt succedere ex sentẽtia eis numẽ. Nã quo tẽpore Latinorũ uallũ insidiaturi exierãt, præueniẽs Romanus Cõsul, ducensq; puellas aduenit, & ante portas iã ipsas Etrusci ualli existẽs à persecutorib. occupat. Quo in loco cõgressis eis, sensere statim Etrusci, studióq; regis filius alã assumẽs equitũ opẽ tulit. Et qui stabãt pro statiõe pedites unà cõcurrerũt. Quibus rebus excãdescens Porsena ad cõtionẽ Etruscos aduocat, enarrãs quẽadmodũ permittẽtes sibi Romani iudicare de eis, quę obij

Viginti pueri obsides

ciebantur

tiebantur à Tarquinio, ante finem litis in corpora legatorum sacra & obsi- *
dum, iniqua agere per inducias conati sint, iuste ipsi ab eis expulsi. Quocir
ca Etrusci quidem Romanos absoluunt crimine, cum Tarquinio aũt Ma-
milióq; amicitiã dissoluunt. prædixit eis quoq; ut eodem die abirent è ca-
stris. Tarquinij igitur cum in spe essent magna à principio, tanquam rursus
dominaturi Vrbi, auxiliantibus eis Etruscis, aut opes suas saltem recepturi,
propter eam in legatos obsidesq; iniquitatem re utraq; fraudati, abierunt
è castris cum pudore & odio. Indeq; Rex Etruscus obsides Romanorum
duci ad tribunal iussos Consuli reddidit, meliorem se dicens genere omni
obsidum ducere ciuitatis fidem. unam uero uirginem à qua persuasæ cæte
ræ transnarunt flumen laudans, ut maioris quàm pro natura próq; ætate
sensus, ac beatam Vrbem dicens, quod non solum educaret uiros strenuos,
sed & uirgines uiris similes, puellam donat equo bellico decentibus ornato
phaleris. post contionem autẽ libans cum legatis de pace deq; amicitia per
iusiurandum, atq; eos hospitio excipiens, dona ferre dat ciuitati: captiuos
omnes sine precio complures ipsos, & locum in quo castra habuerat, non
ut uallum in externa terra ad paruum tempus, sed ut urbem priuatim pu-
blicéq; opulenter instructum, cum non esset mos Etruscis cum decederent
ex hostili agro ædificia recta sinere. sed cõcremare non permisit, sed sic sta- *
re dimisit, non paruum ipse Vrbi ad computationem pecuniæ largitus mu
nus. declarauit aũt hoc auctio, quam post Regis demigrationẽ fecere quæ
stores. Bellum igitur quod Romanis aduersus Etruscos & Clusinorũ Re-
gem Porsenam fuit, in magna adducens Vrbem pericula, talem sortitũ est
finem. Senatus aũt post demigrationẽ Etruscorum conueniens decreuit: so
lium Porsenæ mittere eburneũ, sceptrumq; & coronã auream: uestemq;
triumphalem, qua reges ornantur. Mutiũ aũt mori eligentẽ pro patria, prę *Mutij præ-*
cipuumq; autorẽ uisum dissoluendi belli, regione trãs Tiberim donare de *mia*
publico eodẽ modo quo Horatiũ propugnatorẽ pontis antea donauerãt,
quantacunq; aratro una die cõplecti posset. Hicq; locus prata Mutia usq; *Prata Mutia*
ad hanc ætatem uocantur. Et hæc quidem illi uiris: Clœliæ uero uirgini lo *Clœliæ statua*
cum statuæ dedere æneæ: quã ei super Sacra uia qua in forũ itur, patres po
suere uirginum. hanc non amplius nos extantem inuenimus: dicebatur au
tem incendio circa ædes proximas exorto eam esse deletã. Eo quidem an-
no templum Capitolini Iouis ad perfectionẽ usq; consummatũ est, de quo
partim in superiore declaratũ est libro. Dedicationem aũt eius & inscriptio
nem sumpsit Marcus Horatius, alter Consulũ: præueniens præsentiã Col-
legæ. contigerat enim eo tempore Valerium egressum esse Vrbem antea
cum copijs ad auxilium regionis. nam paulo ante relinquentibus loca tuta
hominibus, & in agros conuenientibus, latrones mittens multos Mamilius
Tarquinij gener, detrimenta colonis inferebat. Gestáque sunt hęc in tertia
consulari potestate. Anno autem quarto consulatum ineuntes consules

248 * Sp. Largius, Titusq; Herminius sine bello magistratū gessere: hisq; cōsulibus Aruns Porsenæ Regis Etruscorum filius Aricinam urbem annum iam secundum obsidens moritur. Statim enim simul atq; icta sunt fœdera cum Romanis, dimidium accipiens à patre exercitus Aricinis bellum intulit, sibi proprium paraturus imperium. & cum parum abfuisset, quin urbem caperet, adueniente Aricinis auxilio ex Antio & Tusculo Cumisq; Campaniæ, instructus ipse uiribusq; minoribus aduersus maiores dimicans, alios quidē auertit, & ad urbem usq; perpulit. à Cumanis uero, quos ductabat Aristodemus Mollis cognomine, uictus moritur. exercitusq; Etruscorum post mortem eius non amplius sustinēs in fugam uertitur, multiq; eorum à Cumanis persequentibus sunt deleti. alij uero plures dispersi in Romanū agrum, haud multū distantē, profugiunt, amissis armis, neq; ulterius per uulnera ualentes progredi. Quos Romani exportantes ex agris, & in Vrbē ferentes plaustrisq; & uehiculis alijsq; sarcinarijs iumentis, semimortuos quosdam, in ædes proprias alimonijs & curationibus alisq; humanitatibus plurimum misericordiæ continentibus, receperunt, adeo ut eorum multi his gratijs allecti, non haberent amplius desyderium redeundi domum, sed apud beneficos suos permanendi. deditq; eis Senatus regionem Vrbis, in qua ædes constituerent, inter Palatium & Capitolium quatuor fermè extensam stadia conuallem, quæ ad ætatem usq;
Vicus Tuscus meam uicus Tuscus à Romanis lingua eorū propria appellatur: per quem quidem transitus est à foro ad Circum maximum. Proque his à Rege eorum inuenerunt non parui precij remunerationem, sed qua plurimū delectati sunt, regionem illam trans flumen, qua abstinuerant cum depositum est bellum, immolationesq; deis persoluerunt multa pecunia, quas se factu
Olympias 69 ros uouerant, si fierent iterum septem pagorum domini. Anno uero quin-
249 to post eiectionem regum Olympias quidem erat nona & sexagesima, qua uicit in stadio Ischomachus Crotoniates, Athenis uero in magistra-
M. Valerius P. Postumius tu iterum erat Acestorides, Romæq; consules Marcus Valerius Publicolę frater, Publiusq; Postumius Tubertus dictus: sub quibus alterum ex finitimis gentibus excepit Romanos bellū, quod à latrocinijs incipiēs in multa
Bellum cum Sabinis magnaq; processit certamina. redijt tamen desinēs in decentes recōciliationes, sub quarta post hos cōsulari potestate, gesto licet assidue hoc medio tēpore omni bello. Sabinorū em̄ quidā despicientes imbecillitatē Vrbis ob iacturas ab Etruscis, ut non amplius resumpturę pristinā dignitatē, inuadebāt descendētes ex locis tutis in cāpestria latronū more, inferentesq; detrimēta colonis multa, qbus de rebus mittētes Romani, priusq; ad arma ueni rent, legationē: postulabāt de his reb. iudiciū pœnasq; dari, ac ne amplius iniqui quicq; in colonos agerēt pręstari. cōtumacia uero accipiētib. legatis respōsa, bellū eis indixere. fuitq; egressus primus unius cōsulū Valerij cū equitib. & ex leui armatura robustissimis, subitus aduersus eos qui regionē

populabantur

populabant. fuitq; cædes deprehensorũ in procursionibus compluriũ ipsorũ magna, ut uerisimile est aduersus homines incõpositos & palãtes, & qui eam inuasionem minime præsensissent. Postea uero mittentibus Sabinis magnum in Romanos exercitum, sub perito belli duce, fit egressus alter in eos Romanorum totis uiribus, ducentesq; eas utroq; cõsule. ac Postumius quidẽ propius Romam in montanis locis castra posuit, ueritus ne qua fieret ab exulibus subita inuasio: Valerius aũt prope hostes iuxta flumen Anienem, qui ex urbe Tybure effusus per excelsum scopulũ, multus per pla- *Anio*
nitiem Sabinorũ Romanorumq; fertur disterminãs utranq; regionẽ, influitq; in Tiberim, aspectu pulcher & potu dulcis. ex altera uero fluminis huius parte iactum erat Sabinorũ uallum, ne ipsum quidẽ magno spacio decursu amnis distãs, super tumulo quodã terreo, decliuo sensim nec ualde arduo. Ac primũ igitur caute se habentes utriq; uerebãtur transmisso flumine præliũ incipere. cæterum posteriori tempore non cõsulto, aut per prouidentiã alicuius cõmodi, sed per iram & peruicaciã accẽsi cõmittunt prælium. aquantes em̃ potumq; ducentes equos, ingressi sunt in multũ fluminis. fluebat enim tunc exiguus, necdũ auctus hybernis imbribus, adeo ut parum supra genua habẽtes riuum ipsum trãsgrederentur. cõgressu igitur paucorum primum aduersus nõ multos facto, excurrunt ex utroq; uallo ferentes suis auxiliũ aliqui, deinde rursus utrinq; alij, pro repulsis suis pugnãtes. ac quãdoq; repellebãt Sabinos Romani, & quãdoq; Romanos Sabini arcebant fluuio. multis aũt secutis cædibus atq; uulneribus, studioq; omnibus uincendi incidẽte (ut in leuibus extẽporalibusq; certaminibus solet) promptitudo quoq; ducum exercitui similis affuit transeundi fluuiũ. præuenitq; Romanus consul, atq; traijciens exercitum aduersus Sabinos armatos, & in aciẽ cõstructos ad manus uenerat. Neq; enim distulerãt illi quoq; præ- *
lium cõmittere, sed cõtemptu multo elati, quod non aduersus utrunq; cõsulem uimq; omnẽ Romanorum certaturi essent, irruẽtes pugnabãt audaciã omnẽ prõptitudinemq; demõstrantes. Durante aũt constanti certamine, & cornu dextro Romanorum, ubi erat cõsul Postumius aduersarijs super- *
ueniente, ulteriusq; progrediente: sinistro autẽ laborante iam, & ab hostibus super flumen cõpulso: sentiens quæ fierẽt cõsul alter Romanus eduxit copias, ductãs aciẽ quidẽ ipse peditum, modicóq; gradu subsequẽs: senio-rem uero Spurium, qui superiore anno cõsul fuerat, cum equitibus emittẽs magna cũ festinatione, isq; agẽs flagellis equos, flumẽ facile nullo prohibẽte trãsit, prẽterq; dextrũ cornu hostiũ adequitãs trãsuersos cõuenit equites Sabinorũ. fitq; magno eo in loco diu utrorumq; equitũ acriter pugnantiũ *Sabinorum*
certamẽ. quo in tẽpore ductãs pedites cõsul ꝓpius hostes factus, irruẽsq; *fuga*
in pedites multos eorũ pugnãtes interfecit, reliquósq; ex acie detrudit. Siq; nox eos non deprehẽdisset, Sabini oẽs circundati à Romanis equitatu ualẽtibus, perditi omnino essent. Sed diffugiẽtes eos ex pugna, utiq; inermes

nec

nec multos, liberarunt tenebræ, remiseruntq; seruatos ad propria. castris uero eorum potiti sine certamine sunt cõsules, relinquente ea pręsidio, simul ac fugã suorum uidit. ex quibus illi multa capientes emolumẽta, quæ agenda ferendáq; militibus permisere, domum copias abduxerunt. tuncq; primum recipiens se ciuitas ex calamitate ab Etruscis, pristinos resumpsit spiritus. principatũq; cõfisa est sibi sicut antea uendicare finitimorũ, ambosq; decreuit cõsules cõmuniter triumphum ducere. Priuatim uero eorum alteri Valerio dono locum habitandũ dari, in clarissimo palatij loco, & in cõstructionẽ domus sumptum de publico esse largiendum. Huius domus iuxta
250 quã stabat taurus æneus, claustrales fores, solæ omniũ quæ sint Romæ pu-
P. Publicola blicarum priuatarumq; ædium, in exteriorẽ partẽ aperiuntur. Ab his uiris
T. Lucretius cõsulare imperium accipiunt Publius Valerius cognomine Publicola quartum, Titusq; Lucretius iterum Valerio collega, sub quibus omnes Sabini cõmuniter ex urbibus cõuenientes decreuerunt cum Romanis bellum gerere, tanq; solutis fœderibus, ex quo Tarquinius rex cum quo libatum erat exciderat imperio, persuasi ipsi à Sexto filiorum Tarquinij altero: qui priuatim eos colens, donansq; potentes uiros cuiuscunq; urbis, expugnauit omnes cõmuniter: & adduxit duas urbes Fidenas & Cameriã suadẽs ut deficerẽt à Romanis, illisq; adhærerẽt. quibus ex rebus ipsum Imperatorem eligunt, permittuntq; ei milites ex una quaq; urbe cõscribere, tanq; ipsi in priore pugna imbecillitate uiriũ, ducisq; prolapsi fatuitate. Et hi quidẽ in talibus occupati erãt. Fortuna uero exæquare uolens cõmodis detrimẽta Romanorũ, pro deserentibus ipsos socijs alterũ eis minime speratũ auxiliũ ex hostibus apposuit quoddam tale. Vir ex Sabinorum gente quidã in urbe
Claudij transmigratio habitans Regillo, generosus pollensq; opibus, T. Claudius ad eos trãsfugit, cognationẽ adducens magnam & amicos & clientes ex ipsis demigrantes domibus haud pauciores quinq; milibus arma ferre ualentibus. depræhendens autem eum necessitas transferendi habitationem Romam talis fuisse dicitur. Clararum urbium primores alienati ab hoc uiro, ob ambitionem in Rep. diem ei dixerunt proditionis accusantes, quoniam ad inferendũ bellum Romanis minime prõptus erat. Imò uero solus publice contradicebat cẽsentibus soluta fœdera, nec sinebat ciues suos rata ducere, quæ cæteris uisa erant. Hoc horrens ille iudiciũ, oportebat eũ ab alijs ipsum urbibus iudicari, assumens opes & amicos additur Romanis ciuibus. Neq; parum momenti ad res gerendas exhibuit, uisusque est bene gerendi belli fuisse omnium causa præcipua. Quibus pro rebus Senatus Populúsque in patricios eum conscripsit: permisitq; Vrbis quantam uoluit partem cape-
* re in ædificationẽ ædium, regionemq; ei addidit de publico, eam quę inter
Trib. claudia Fidenas & Piculiã, quã posset omnibus suis diuidere: à quib. Tribus quoq; quædã cum tẽpore effecta est, Claudia appellata, ad me usq; pmanẽs, nomenq; idẽ seruãs. Vbi uero parata utrisq; sunt oñia, primũ quidẽ eduxere

Sabini

Sabini copias: binaq; constituunt castra, sub diuo altera haud procul Fidenis, altera in Fidenis ipsis, custodiæ urbis, simulq; foris cõsidentiũ profugũ, si quid eis accideret, causa. Cognoscẽtes aũt Romani Coss. Sabinorũ in se expeditionẽ, ipsi quoq; omnes educentes militaris ætatis homines, castra seorsum locant, Valerius quidẽ prope castra Sabinorũ campestria: Lucretius uero paulo longius super tumulo quodã, unde erant castra altera conspicua. Erat autem Romanorum cogitatio, ut tanquam uno aperto certamine de bello cito iudicaretur, cum hostibus statim cõgrediendi. Sabinorũ uero dux horrẽs manus in aperto conseri aduersus audaciã tolerantiamq; hominum, sustinere omnia grauia paratorũ, per noctẽ eos inuadere cogitabat. atq; paratis eis quæ ad fossæ & aggeris uallicq; ingressum opportuna futura essent, ubi soli omnia affuissent ad certamẽ pręparata, ducturus erat post primũ somnũ exurgẽs ad munitiones Romanorũ partẽ exercitus sui ualidissimã: eis quoq; qui Fidenis cõsidebãt præmonitis, ut ubi suos egressos sentirent, ipsi quoq; urbe egrederentur leuibus instructi armis. deinde loca insidẽtes eos opportuna iubebat, ut si auxilia aliqua Valerio ex castris alteris aduenirẽt, exurgentes ipsi, & post tergũ eis facti, cũ clamore multoq; armorũ strepitu in hostes irent. Ac sic igitur consultans Sextus cõsiliumq; suum aperiens centurionibus, postq; eis quoq; eadem uidebantur occasionem expectabat. Transfuga uero quidã ueniens ad munitiones Romanorum cõsilia hæc eius consuli Valerio indicat. Neq; multo post equites quidam aduenĩunt adducentes captiuos aliquot ex Sabinis, quos prædatum egressos ceperãt. Hiq; seorsum interrogati quid dux suus pararet agere: dicunt scalas eum machinasq; transgressorias fabricare: uerũ ubi, aut quãdo eis utendũ esset, se nescire. Hæc igitur intelligens Valerius, senẽ Marciũ in altera mittit castra, consilia hostiũ nuntiaturũ obtinenti ea Lucretio, & quẽ admodum hostes aggredi opus esset admoniturũ. Ipse uero ductores ordinum centurionesq; aduocans, & eloquens eis quæcunq; ex transfuga captiuisq; audiuisset, cohortatusq; eos ut uiri essent strenui, accepisse se ducẽtes tempus, locumq; uoto dignum, ubi pulchras de inimicis pœnas sumerent: tum & quæ agere opus esset unumquẽq; admonens, signumq; dans, dimisit eos ad suos ordines. Nondum erat nox media, cum excitatis dux Sabinorum militibus, ducebat ex his ad castra hostium partem ualidissimam, silere iubens omnes, nullumq; prorsus fieri armorũ strepitum, ne uenientes eos hostes pręsentirẽt, priusq; super uallũ iam essent. Ad quod ubi propius astitere, incendẽtes primi, neq; lucẽ uidentes candelarũ neq; uoces audiẽtes uigilũ, dãnabant multã Romanorũ fatuitatẽ, utpote deserentium custodias, intráq; uallum dormientiũ: replentq; fossas in multis locis materia, trãsgressiq; sunt nemine eos impediẽte. Considebãt aũt Romani inter fossas & circũuallationes turmatim, minimeq; per tenebras cõspicui: trãseũtesq;, cũ in manus suas inciderent, hostes occidebant. atq; usq; ad tempus

Expeditio cõtra Romanos

Inuasio hostium

aliquod

aliquod subeũntes latuit præcedentium interitus: ubi uero lux apparuit exurgentis lunæ, hiq; fossæ propinquabant, mortuorum in ea aceruos & cateruam uidentes hostium perstantem ualidam, retrocedentes abiectis armis uertuntur in fugam. Romani uero alte exclamantes (erat enim hoc signum socijs qui in alteris castris erant) excurrũt in eos conferti omnes. atq; Lucretius, ut clamorem audiuit, præmittens equites, perscrutãtes an aliquæ collocatæ essent hostiũ insidiæ, paulo post sequitur robustissimos educens peditum. Eodemq; tempore equites cohortes missas Fidenis in fugam uertunt, & pedites interficientes eos qui ad castra sua uenerant persequuntur, haud tenentes ipsos arma, nullum q; seruantes ordinem. Ea in pugna Sabinorumq; & sociorum cecidere circiter tredecim milia & quingenti, captaq; sunt eorum milia quatuor & ducenti, atq; captum eodem die uallum. Fidenæ uero nõ multos dies obsessæ, qua parte maxime incaptabiles uidebãtur custodiebanturq; à paucis, captæ. non hæ tamen captiuitatem hominum, euersionemue expertę, cędesq; hominum post captionem minime fuit magna. sufficiens enim consulibus uisa est delinquentis urbis gentis eiusdem pœna pecuniarum mancipiorumq; direptio, & eorum qui in pugna amissi essent exitium. ne uero in promptu esset amplius captos eos ad arma uerti, custodia prouisum est moderata, atq; ea quæ cõsueta erat Romanis sontium autorumq; defectionis punitione. conuocantes enim Fidenatium captiuos in forum, multumq; eos dementiæ suæ accusantes, dignosq; esse dicentes, ut puberes perderentur omnes, neq; gratiam habentibus eis beneficiorum, neq; malis ad modestiã redactis, uirgis cæsos nobilissimos eorum inspectantibus omnibus occiderunt. Reliquosq; habitare permiserunt sicut antea, præsidium eis constituentes id quod Senatus decreuit, & partem quãdam regionis auferentes præsidiarijs tradidere. Hisq; gestis deduxere ex hostili agro exercitum, & ex Senatus decreto triumpharunt. Et hæc quidem in consulatu eorum sunt gesta. Publio autem Postumio Tuberto dicto consule iterum creato, atq; Agrippa Menenio Lanato dicto, fit tertia Sabinorum irruptio maiore exercitu, antequam sentirent egressum eorum Romani, & usq; muros Romæ ipsius excursio. in qua magna facta est Romanorum cædes, non colonorum modo, quibus nihil præuidentibus subitum malum astitit, priusquam in oppida quisq; proxima confugeret, sed & in Vrbe tunc commorantium. Nam alter consulum Postumius non tolerandam esse ratus hostium contumeliam, auxilio accurrit: propere oblatos forte idem promptius, quàm prudentius educens. quos uidentes Sabini in se incedentes, multo cum contemptu incompositos & dissipatos, uolentes adhuc ipsi augere despicięti am eorum, celerius quàm gradu modico, retro cedebant tanquam fugientes, donec eos adduxere in profundas syluas, ubi reliquus exercitus subsidebat. Deinde conuersi in persequẽtes qui cedebãt, & qui in syluis erant exclamantes in eos tendunt. Incompositis autem hominibus

Secunda Sabinorum clades

Postumius Tubertus: Agrippa Menenius Coss. Irruptio Sabinorum tertia

Romanorum clades

minibus & perturbatis,& per ſyluam fatigato anhelitu,ſuperueniẽtes multi,multoq; cum ordine ſibi obuios quoſcunq; perdũt: reliquosq; in fugam ſe dantes interruptis itineribus ad urbem ferentibus in montanum quoddam concludũt deſertum dorſum:ponentesq; propius eos armaciam enim eos nox occupauerat) cuſtodes eo loco in noctem totam collocant,ne ſe laterent recedentes. Vbi uero nuntiatus eſt hic caſus Romæ perturbatio fuit magna,curſusq; ſuper muros,timorq; omniũ,ne in urbem ea nocte ingrederentur hoſtes,bene geſta re elati: ſimulq; dolor amiſſorum,relictorumq; commiſeratio, tanquam ſtatim corripiendorum ob inopiam neceſſariorũ, niſi eis aliquod aduenirет ſubſidium celerrimum. Eamq; igitur noctem inſomnes acerbis animis peregere. Poſtridie uero oẽs qui in robore eſſent, armans conſul alter Menenius,ducebat auxilio ijs qui in monte erãt, ornatum ordinemq; ſeruantes. quos uidentes cum aduenirent,Sabini non amplius expectarunt, ſed reuocantes ducem ſuum,abduxerunt ſuos à monte, ſatis ſibi eſſe præſentem felicitatem exiſtimantes. Neq; multum item tempus commorati, domum ualde gloriantes rediere, pecorum mancipiorum & captiuorum magna ſibi adducentes emolumenta.Romani uero ferentes ægre eam calamitatem & acceptam referentes alteri conſulum Poſtumio, decreuerunt omnibus cum copijs quàm celerrime in Sabinorum agrum irrumpere, cladem ſuam hanc turpem inexpectatamq; ſarcire cupientes, ſimulq; ex miſſa ad ſe ab hoſtibus legatione multam continente contumeliam & arrogantiam dolore maximo affecti. Nam,ut uictores iam,ſineque labore capturi Sabini Romam,ſi nollent illi imperata facere,concedereque Tarquinijs reditum, iubebant etiam ſibi eos cedere principatu, Reiq; pu. formam legesq; conſtituere,quaſcunq; eis uictores ipſi ſtatuerent.Reſponſo autẽ legatis dato,ut ciuitati ſuæ nuntiarent,quod Sabinos iuberent Romani arma ponere, traderéq; ſibi urbes,eſſeq; ſubiectos eos iterũ ſicut prius: hiſq; factis uenire ipſos tunc de eis, quæ iniuſte egerant, detrimentáq; intulerant in prioribus procurſionibus precaturos,ſi uellent pace amicitiáq; potiri: ſiq; iuſſa non feciſſent, uenturum ad urbes ſuas bellum neq; multo poſt expectarent, Talibus imperatis imperantibusq; inter ſe utriſq;, poſtquam omnibus inſtructi fuere ad certamen opportunis, eduxerunt exercitus Sabini,optimam ex ciuitate omni iuuentutem, armisq; decentibus adornatam adducentes:ac Romani quoq; urbanas uires,& quæ erant in præſidijs omnes aſſumentes,ſatis eſſe putãtes eos,qui ſupra ætatem militarem eſſent,ſeruilemq; turbam,& ad urbem & caſtella regionis cuſtodienda,obuiam prodeunt: caſtraq; utriq; ponunt paruo diſtantia inter ſe ſpatio, Eretum urbe haud procul quæ Sabinorum eſt gentis. Vbi uero cognouerunt hoſtium res utriq;, & ex magnitudine caſtrorum coniectantes, & de captiuis audientes,fiducia Sabinis affuit atque contemptus hoſtium paucitatis, nec non Romanis ob multitudinem aduerſariorum timor.Fidebant tamẽ,

ſpesq; optimas de uictoria capiebant, cum ſignis alijs à deo miſſis: tũ uero uiſo hoc ultimo cum in aciem inſtruendi eſſent, tali eo. ex defixis pilis iuxta tabernacula: ſunt autem iſta Romanorum tela, quę ad manum uenientes iaculantur, prælongæ manumq; implentes haſtæ, trium pedum nec minus ferrea habentes ueruta prominentia ſecundum rectitudinem utriuſq; ſummitatis, iaculis mediocribus æquales ſimul cum ferro: ex his pilis circa cacumen uerutorũ flammæ accendebantur. eratq; ſplendor tanq; ex facibus per tota caſtra, durauitq; hoc in multum noctis. Ex hoc igitur opinati ſunt uiſo, ſicut eis demonſtratum aruſpices: eratq; omnibus hominibus cõiectura haud ſanè ea difficilis, q; uictoriam ſibi celerem claramq; fata portenderent, quandoquidem omnia cedunt igni, nec ab igne tamẽ quicquam omnino corrumpebatur. Cumq; ſibi ex auxiliantibus armis accenſus eſſet, magna fiducia progrediebant è caſtris: irruentesq; in Sabinos pugnabant cum multo pluribus pauciores, in audacia ſpem habentes experientiaq;, & laborum tolerantia multa ipſa, quæ cogebat eos grauia omnia contemnere. Primus igitur Poſtumius habens ſiniſtrũ cornu ſarcire cupiens priorem cladem, dextrum hoſtiũ propellit cornu, curam nullam, modo uinceret, uitæ ſuæ habens, ſed ut furentes & moribundi ſe in medios hoſtes proijciens. deinde & qui cum Menenio erant, alterum habentes cornu, laborãtes iam pulſiq; ex ſtatione, ut ſenſere ſuos qui cum Poſtumio erant uincere, fidẽtes ipſi quoq; propere in hoſtes tendunt: fitq; cornu utriuſq; Sabinorum inclinantium effuſa fuga. Necq; enim qui in media erãt acie nudati cornibus amplius permanſere, ſed equitatu Romanorum irrumpente ui coacti prorſus retrocedunt. Fuga autem facta omnium caſtra uerſus, ſequentes Romani, unáq; irrumpentes, utrumq; capiunt Sabinorum uallum. ne uero omnino perderetur exercitus hoſtium, nox cauſa fuit, & quod in agro ſuo clades ea accepta erat: facilius enim fugientes ad propria ſeruabantur locorũ peritia, impediebãturq; perſequentes tranſituũ imperitia. Die autem ſequenti concremantes mortuos ex ſuis Conſules, ſpoliáq; colligentes (capta enim ſunt quædam etiam uiuorum arma in fuga ea abijcientium) captiuosq; adducẽtes quos ceperant non paucos, atq; pecunias, præter eas quas milites diripuerant: quibus uenditis publice collata uiritim tributa, quibus milites emiſerant, ciues omnes receperunt: redierunt domum clariſſimam reportantes uictoriam. Decoratiq; ſunt triumphis à Senatu utriq;, Menenius quidem maiore & pretioſiore in curuli ſella uectus, Poſtumius autem minore & inferiore, quem ouationem uocant, græcum nomen inclinantes in incertũ. primum enim Euaſtes ſic ab euentu dicebatur, ut & ipſe coniecto, & in multis ſcriptis gentilibus traditum inuenio: tunc aũt primum, ut Licinius in hiſtoria ſcribit, inueniente hunc triumphum Senatu. differt aũt hic ab altero, primum quidem, quod pedes ingreditur cum exercitu productus, qui ouatim triumphũ ducit, nec in curru ſicut ille. deinde etiã quia non picta, neq; aurei

claui

Pila Romanorum tela.

Tertia Sabinorum clades

* *Ouatio*

clauí ueſte induitur, nec ornatur trabea, qui peculiaris eſt conſulũ ducumq; amictus. corona autem imponitur ei laurea, inferior uero eſt altero geſtatione ſceptri, alia habens omnia. Cauſa autem huic uiro Poſtumio minoris honoris, quanq; clariſſimo omnium in pugna, fuit lapſus prior in excurſu magnus & pudẽdus, ex quo multos ex militibus perdidit, & parum abfuit quin & ipſe unà cũ captis in fuga captiuus fieret. Horum uero in magiſtratu Publius Valerius Publicola in morbum incidẽs moritur, clariſſimus tũc Romanorum ex uirtute omni exiſtimatus. Cuius uiri quidem cætera, per quę ille admiratione memoriaq; dignus eſt, nihil opus eſt me dicere. Nam in huius libri principio dicta ſunt multa. Quod autẽ eius uiri ornamentum eſt omnium longe admirabile, nec adhuc dictum, hoc mihi puto eſſe minime ſilentio prętereundum. Etenim maxime ſcribentibus hiſtorias hoc conuenit, non tantũ bellicas actiones ducum narrare, nec ſi aliquod inſtitutum pulchrum ſalutareq; urbibus excogitantes ediderint, ſed eorum quoq; uitas, ſi & moderati ipſi & continentes, & in patrijs manẽtes moribus ſtudijſq; perſeuerauerint ſeſe oſtendere. Ille igitur uir regij dominatus diſſolutor, unus inter primos quatuor patricios, publicansq; tyrãnorum opes, quater idem conſularis poteſtatis, maximaq; duo bella conficiens, & ex utriſq; triumphum ducens, primũ quidem de Etruſcis, deq; Sabinis alterum, nactus eas lucrandi facultates, quas ut turpes aut iniuſtas nemo uticq; criminaretur, nequaquam ea, quæ omnes homines ſeruos eſſe ſuos cogit inhoneſtaq; agere, captus eſt cupiditate quæſtus: ſed in parua & à patre data re perſtitit, continentem ipſe ſibiq; ſufficiẽtem, atq; omni appetitione immoderata ſuperiorem uitam uiuens: filiosq; in paruis opibus genere illo dignos educãs, clarum iſtud omnibus effecit, quod non is quidem qui multa poſſidet, ſed is qui paucis indiget, eſt diues. argumentum autem fuit certum & indubitabile re ſua modica contenti uiri, quod per omne uitæ tempus oſtendit, apparens poſt mortem eius paupertas. Neq; in elatiõem corporis eius, ſepulchrum & funus, quali talem uirum potiri æquum erat, ſufficientia in ære ſuo reliquit, Sed oportebat eum cognatos leuiter, & ut uulgarem aliquem extra urbem ferentes, cremareq; & ſepelire. Cæterũ ſenatus ſentiens, quàm ſe illi res haberet familiaris tenuiter, ex pecunijs publicis decreuit in funus ſumptum elargiri, atq; locum in quo combuſtus atq; ſepultus fuit, ei ſoli uſq; ad ætatem meam clarorum ciuium, in urbe propinquum foro aſſignauit, miſeratione ductus. & eſt locus is tanq; templum eis qui ſunt ex illius genere ad ſepeliendum dimiſſus, diuitijs omnibus regnoq; maius bonum, ſi non uoluptatibus aliquis metitur, ſed honeſto felicitatẽ. Valerius igitur Publicola nihil præter quæ ad neceſſarios ſumptus ſufficerent, poſſidere uolens, uelut Regum aliquis opulentiſſimorum illuſtri elatus eſt à ciuibus ſuis funere. Ipſumq; Romanæ matronæ omnes, eodem modo quo Brutũ, auri purpuræq; depoſitione annuũ luxere tempus, ut eſt eis luctus conſuetudo in ne-

Mors Publii colæ

252 ceſſariorum admodum cognatorum funeribus. Poſt annum aũtem illũ Conſules creati ſunt Spurius Caſſius Vicelinus dictus,& Opiter Virginius Tricoſtus. quorum in conſulatu bellum aduerſus Sabinos ab altero eorum Spurio eſt diſſolutum,prælio haud paruo cõmiſſo prope urbem Cures,in quo mortui ſunt circiter decem milia & trecenti ex Sabinis, ac captiui ducti paulo minus tribus milibus.Hac ultima calamitate perculſi Sabini legatos ad conſulem miſere de amicitia collocuturos.Reijciente autem eos ad Senatum Caſſio,cum Romæ eſſent multis cũ precibus uix inuenere reconciliationes bellíq; diſſolutionem:frumento dato exercitui quantum Caſſius ſtatuit,& argenti ſtatutũ quiddam uiritim dantes,& agri conſiti decem iugerum milia. Spuriuſq; igitur Caſſius ex hoc bello triumphum duxit. Alter uero conſul Verginius ad Cameriam bellum cõtulit,ducens alterius exercitus dimidium.etenim deſciuerat ea urbs per hoc bellum à Romanorum ſocietate: & aperiens is quidem nemini quò iturus eſſet,perq; noctem iter accelerans, ut imparate,quod euenit,improuideq; ſuperueniret urbi, atque propius muros factus omnes latuit clareſcente iam die,ac priuſquam caſtra poneret proferens arietes ſcalasq; producens,omni uſus eſt oppugnationis ſpecie.Stupefactis aũt attonitisq; Camerinis ſubita eius præſentia,cẽſentibusq; aliquibus aperiendas eſſe portas ſuſcipiendumq; conſulem:alijs autem totis uiribus eſſe repugnandum,neq; ipſum portas ingredi permittendum:inter perturbationem ſeditionemq; eorum effractis portis & humillimis munimentorum per ſcalas deiectis,ui urbem capit,eamq; diem atq; ſequentem noctẽ ferre agereq; prædam militibus ſuis permiſit.Die uero poſtero conduci iubens captiuos in unum locũ,autores omnes defectionis interfecit,turbamq; aliam uendidit,urbemq; euertit. Septuageſima autẽ Olympiade,qua uicit in ſtadio Niceas Locrenſis ex Opunte,imperante Athenis Myro,conſulatum ineunt Poſtumius Cominius & T. Largius.Quibus quidem conſulibus deſciuere à Romanorũ amicitia Latinorum urbes, Octauio Mamilio Tarquinij genero primoribus cuiuſq; urbis perſuadẽte, alijs pollicitatione munerum,alijſq; multa prece,ut conficerent exulibus reditum. Fitq; communis omnium conductarum in Ferentinum agrum cõuentus,præter unam Romanorum urbem: huic enim uni ſoli ut adeſſet minime nuntiarunt ut conſueuerant.in quo quidem oportebat urbes de bello ferre ſuffragia,ducesq; creare,deq; alijs apparatibus conſultare. Contigit autem per hoc tempus miſſum eſſe à Romanis legatum M. Valeriũ conſularem uirum ad uicinas ciuitates,rogaturum eas ne quid molirentur noui. Exercebant enim ex eis quidam miſſi à potentibus per cõfines agros latrocinia,detrimentiq; plurimũ colonis Romanorum inferebant. Vbi uero de conuentu audiuit ciuitatum, qui fiebat ad ferendũ ab omnibus de bello ſuffragium,pergens ipſe ad conuentum,poſtulansq; à præſidentibus collegio dicendi poteſtatẽ,ſe miſſum dixit à Romanis legatũ ad eas urbes, quæ

Olympiad.70 253 Poſt. Comini. T. Largius

latro

latrocinia exercebant,rogaturũ eas ut obnoxios delictis inuenientes sibi illi traderẽt,subituros pœnas ex lege,quam in fœderibus sanxerant cũ de amicitia conuenerunt. deincepsq; postulaturũ cauere eas,ne quod peccatum fieret cõmune,quod amicitiam eorum cognationemq; distraheret. Videntem aũt conuenientes urbes in bellum aduersus Romanos,& hoc quidem,cũ ex alijs multis suspicantem,tum quod Romanis solis minime nunciarint ut interfint concilio:cũ sit scriptum in fœderibus,ut adsint omnes cõmunibus cõcilijs ciuitates quæcunq; generis sunt Latini,nuntiantibus concilia ipsa præsidentibus:mirari satis se quid tandem graue passi, aut quid rei ad accusandam urbem habentes consessores illam solam in cõuentum minime assumpserunt,quam & primam adesse omniũ oportuit,& rogari primam sententiam,principatum ipsam habentẽ eiusdem gentis,quẽ à uolentibus accepisset pro multis magnisq; beneficijs.Post hunc uero Aricini,potestate petita dicendi,accusarunt Romanos: quod Etruscum sibi bellum adduxissent, cognati ipsi:præbuissentq; quantum in ipsis fuit causam,ut Latinæ urbes omnes ab Etruscis libertate priuarentur. Quodq; Tarquinius Rex renouans fœdera quæ cum cõmuni ciuitate icta fuerãt de amicitia deq; societate, posscit,ut iusiurandum firmũ stabileq; facientes urbes in imperium se reducãt. Camerinorum quoq; Fidenatiũq; exules, hi quidẽ captiuitatem fugamq; à patria,illi uero seruitutẽ euersionemq; deflentes,aduocabãt ipsos in bellũ. Vltimusq; omniũ Tarquinij gener Mamilius per ea tempora potens admodum apud Latinos,cũ assurrexisset,longam habuit aduersus urbem orationem.Excusante aũt omnia Valerio,uisoq; iure esse superiore,ea die in accusationes defensionesq; absumpta, nullũ finem consilio imposuere. In sequenti aũt die non amplius Romanorũ legatos in conuentũ adducentes,hi qui præsidebant: sed Tarquinio & Mamilio Aricinisq;, & alijs uolentibus accusare Vrbẽ, facientes potestatẽ dicendi,postq; omnes audiuerũt,soluta esse decreuerunt à Romanis fœdera. Responderuntq; Valerio solutã esse illorũ iniurijs cognationẽ. quodq; per ocium deliberarẽt,quo pacto eos ulciscisci oporteret. Dum hæc fiunt, cõiuratio aduersus urbẽ facta est seruorum plutiũ conuenientiũ,ut summa urbis occuparent,inq; loca urbis ipsius multa ignes iacerent. Facto autẽ indicio eius rei à conscijs,portæ statim à consulibus clauduntur, locaq; tuta urbis omnia ab equitibus occupantur. confestimq; seruorũ alij in domibus cõprehensi,alij ex agris adducti:quoscunq; indices declararũt participes coniurationis esse, flagellis cruciatibusq; affligentes è scopulo præcipitauerunt omnes.& hæc quidem his consulibus gesta.Seruio aũt Sulpicio Camerino,Manlioq; Tullio Longo imperiũ suscipientibus: Fidenates quidẽ accersitis Tarquinij militibus arcẽ occupant,& eorũ qui eadẽ nolebant,alios occidentes,alios expellentes Romanis rursus eam urbem adimunt,adueniente'q; ad eos legatione ceperunt,tanq; hostibus his uiris,prohibiti uero à senioribus,Vrbe eos eiecerunt,neq; accipere,

Coniuratio seruorum

S. Sulpicius M. Tullius

Fidenatium coniuratio

neq; reddere ſe æquũ cenſentes eſſe rationem. Cognoſcens autem hæc Senatus Romanus,nondum tamen ad inferendum bellum ciuitati omni Latinorum promptus erat,ſentiens non eſſe omnibus quæ decreta erant à primoribus ſuis grata: ſed in quaq; urbe differre populares bellum, ac plures eſſe qui æquum cenſerent manere fœdera, eis qui ea ſoluta dicerent.Sed aduerſus eos qui erant Fidenis alterum conſulum Tullium magnum adducentem exercitum decreuit mittere:qui ubi omnem populatus eſt regionem multa cum ſecuritate nemine ei opem ferente, caſtris propius muros poſitis,obſeruabat ut nec uenales res aliquæ inclusis,neque arma,neq; auxilium ullum aliud introduceretur. Sicq; igitur Fidenates obſeſſi legationes mittebant ad Latinorum urbes, ſubſidium rogantes celere. Latinorum autem principes indicto urbibus concilio,factáq; rurſus Tarquinijs dicendi poteſtate, atque eis qui ab obſeſſis uenerant, conſeſſores ad ferendam ſententiam aduocarunt, quonam modo oporteret cum Romanis bellum gerere, à ſenioribus ipſi uirisq; illuſtribus incipientes. Multis autem ſermonibus habitis,ac de bello ipſo primum,oporteret'ne decerni, hi qui erãt ex conſeſſoribus turbulentiores,reſtituendum eſſe regem in imperium cenſebant,Fidenatibusq; etiam ut ſubuenirent,admonebant, uolentes ipſi in ducatibus eſſe militaribus domini, resq; magnas attingere: hi præcipue qui potentiæ tyrannidisq; erant in ſua quiſq; patria cupidi, quas paratum iri ſibi exiſtimabant à Tarquinijs,recuperato Romanorum imperio. Locupletiſſimi autem & modeſtiores,manendum eſſe in fœderibus ſuadebãt,nec tam prompte eundum ad arma: erantq́ue iſti multitudini acceptiores. pulſi igitur ab his qui pacem ſuadebant, ij qui feſtinabant ad bellum,hoc ultimum concilio perſuadent,ut legatos Romam mittant,qui hortentur ſimulq; urbi conſulant,ut Tarquinios cæterosq; ſuſcipiant exules,ſub ſecuritate obliuioneq; præteritorum. deq; eo libationes per iuſiurandum fiant,more patrio adminiſtratum iri Remp. utq; reuocent Fidenis exercitum,tanquam ipſis haud neglecturis cognatos & amicos priuatos patria. Sicq; neutrum horum agere Romani uelint,tunc de bello conſultãdum. Dicebant autem illi iſta,non ignorantes quod neutrum horum tolerarent Romani facere: ſed prætextus uolentes ijdem inimicitiæ decentes capere, atq; eos qui obſtabant, colendo interim gratijsq; cohibere exiſtimantes. His decretis, annuoq́ue præfinito tempore, Romanis quidem conſilij,ſibi uero apparatus,ac legatos declarãtes quos uolebat Tarquinius,diſſoluêre cõuentum. Diſperſis autem per urbes Latinis,uidens Mamilius atq; Tarquinius quod in fœdera recidebant multi, ſpes externas ut non multum certas omiſere: atq; ſententia mutata moliebantur ut inteſtinum nec animaduerſum bellum ex ipſa excitarent Roma, ſeditione introducta pauperũ aduerſus diuites.Erat enim iam pars plebis multa alienata titubabatq;: præcipue egena & quæ ære alieno oppreſſa,coacta erat nullam amplius de dignitate Reip. curam agere.neque enim

Sententiæ uariæ in concilio Latinorũ

enim moderate se gerebant in potestate creditores, sed in uincula abducentes corpora obnoxiorum sibi, tanquam seruis argento emptis eis utebantur. Hæc igitur sciens Tarquinius in urbem misit Latinorum quosdam suspicaces homines, ferentesque pecuniam: qui coeuntes in sermones cũ pauperibus, ĩsdemq; ferocissimis, & aliqua eis iam dantes, & alia si restituti reges essent pollicentes, ualde multos corruperunt ex ciuibus. & aduersus principatum paucorum coniuratio initur non liberorum modo pauperum, sed seruorum etiam prauorum, spe subductorum libertatis: & qui quidem ob conseruos suos proximo anno supplicio affectos infensi dominis erant, aduersusq; eos insidiose dispositi: necnon ipsi infideles crediti, suspectiq; dominis, tanquam ĩdem insidiaturi aliquando, si occasionem nacti essent. Læti igitur isti quidem cohortantibus ad impostura obtemperarunt. Erat autem coniurationis eorum talis cogitatio: oportebat quidem principes inuasionis, noctem sine luna obseruantes, ædita, locosque munitos urbis occupare. Seruos autem cum sentirent obtinentes eos opportuna (etenim clamore magno oportebat fieri hoc eis clarum) dormientes dominos interficere. Hisque peractis domos locupletum diripere, aperireq; tyrannis portas. Seruans uero semper urbem, & usque ad meam ætatem permanens prouidentia diuina, consilia eorum detexit, ex indicio quod ad alterum consulum Sulpicium fratres duo detulere Tarquinĩj, Publius & Marcus ex urbe Laurento: præcipui quidem inter coniuratos illi, diuina uero necessitate coacti. Instabant enim dormientibus eis uisa somniorum terribilia, pœnas magnas comminantia, ni quiescerent, abstinerentque impostura illa. Nam persequendos esse eos ab aduersis numinibus quibusdam uerberandosq;, & effodiendos eis oculos: aliaque postremo patienda miserrima proponere uidebantur. Quibus illi pauidi perculsi'que tremore excitabantur, nec dormire per hos metus poterant. Primum igitur auersorĩs quibusdam, expiatorĩsq; sacrificĩs placare instantia eis numina conabantur. Quæ res ubi minime processit, conuersi sunt ad diuinationes, intentionem conatus sui custodientes archanam: sed hoc solum discere postulantes, an tempus esset iam agendi quæ proposuerant. Respondente autem uate, quod prauam illi exitialemq; uiam irent, ac ni mutarent consilia miserrimo perderentur modo: ueriti ne se alĩj præuenirent, occulta illa efferentes in lucem, indices ipsi fiunt ad alterum qui domi erat consulum. Isque eos laudans, multumq; se eis benefacturum pollicitus, si opera quoque similia uerbis demonstrarent, domi eos penes se continuit, nemini rem aperiens. Latinorum uero legatos, quibus eousque dilatis, responsum protraxerat, tunc introducens in Senatum, quæ uisa erant senatoribus respondit: Viri Latini amici & cognati, nuntiate aduenientes ad Latinotum ciuitatem, quod neque antea Romanus Populus, postulantibus Tarquiniensibus largitus est

Modus coniurationis

Somnia

restitutionem tyrannorum:neque postea Etruscis omnibus,quos Porsena adduxit,pro eisdem rogantibus, belluḿq; inferentibus omnium grauissimum cessit: sed sustinuit quidem agrum uastari uidens,caulaśq; concrematas,inclusus muris pro libertate perstare,ut eorum quæ nolebat, nihil ageret iuberetur.Miramur aũt uos Latini,quod scientes hæc,nihilominus susci pi à nobis tyrannos,obsidioneḿq; dissolui iubentes Fidenarum aduenitis,bellumq; nobis etiã non parentibus cõminamini: desinite igitur frigidas prætendentes causas,& incongruas inimicitiarum. Ac si propter ista dissoluturi estis cognationem,bellumq; decreturi,nihil amplius differatis.Hæc cum respondisset legatis,comitatusq; eos esset extra urbem,aperit deinde Senatui coniurationem secretã,quam per indices cognouerat. & accepta ab eis potestate imperatoria inueniendi arcanorũ consiliorũ participes,puniendiq; inuentos,non superbam aut tyrannicã ingressus est uiam,ut aliquis fecisset alius,conclusus in necessitatẽ tantam:sed ad rationabilẽ cõuersus est tutam, eam ipse quæ deceret tunc cõstitutæ reipulicæ formam sequens. neq; enim comprehensos ciues ex domibus uoluit ad mortẽ duci,auulsos eos à cõplexibus uxorum,filiorũq; & parentum:cogitans qualis futura esset cõmiseratio propinquorum uniuscuiusq; in auulsióe necessariorum suorum: simulq; ueritus,ne amentes aliqui impetum ad arma sumerẽt,perq; ciuilem sanguinem cogeretur ipse iniqua agere. neq; etiam iudicia constitui ei rei oportere existimabat, considerans negaturos omnes esse eos,neq; ullum affuturum iudicibus argumentum certum & indubitabile,præter solum indiciũ, cui illi credẽtes damnarent capitaliũ rerũ ciues.Nouum igitur inuenit modũ quendam fallendi eos, qui res nouas moliebantur: per quem primũ cogente nemine,in unum ipsi locũ conuenirent,secreta sua esse putantes cõsilia, capta-renturq; deinde duces indubitabilibus cõiecturis,clare adeo ut nulla eis defensio relinqueretur.ultraq; hæc non in solitariũ conducti locum,neq; paucis redarguti testibus: sed in foro inspectãtibus omnibus perspicui facti ijdem paterentur quæ æquũ esset:neq; ulla fieret in urbe perturbatio,aliquorumue insurrectio,qualia euenire solent in punitionibus res nouantiũ, inq; lubricis temporibus.Alius igitur aliquis satis sibi esse existimaret summam dixisse rerum,quod cõprehendens ille participes arcanorũ consiliorũ, interfecisset: tanq; breui opus esse existimãs istis rebus demonstratione.Ego uero modũ etiam cõprehendendi hos uiros historia dignũ putans, nequaq; eum prętereundũ duxi,considerans haud satis esse ad utilitatem legentibus historias finem ipsum audisse,sed appetit unusquisq; causas etiam gestorũ scire,actionisq; modos,intentionesq; peragentiũ,& quæ per numen decreta,nulliusq; non auditor fieri eorum,quæ res innatum est sequi. ciuilibusq; uiris etiam esse harum rerum scientiã admodum necessariã uideo,ut ad ea quæ in diem accidunt,uti exemplis possint. Fuit igitur capiendi coniuratos modus quem inuenit consul talis. Senatorum eligens robustissimos iussit eos

Sulpicij prudentia

eos tum ſignum acciperent ũnà ipſos cum fidiſſimis amicorum cognatorũ, que munita loca urbis occupare, in quibus quiſq; haberet domos: equitibusq; prædixit, ut in opportuniſſimis circa forum domibus expectarent, habentes gladios, & quod eis iuſſiſſet facerent. ne uero noui aliquid molirentur in comprehenſione coniuratorum affines ſui, aliquiũe ciues alĩ, neũe propter eam turbationem ſequerẽtur ciuiles cædes, datis literis ad alterum conſulem qui Fidenas obſidebat, iubebat eum incipiente nocte partem adducentem exercitus electiſſimã, uenire ad urbem, proximeq; murum arma in montano loco ponere. hisq; præparatis negocium dat indicibus, ut euntes ipſi ad principes coniuratorum uenire eos in forum circiter mediam noctem iubeant, adducẽtes ſecum & alios, quibus maxime quiſq; fideret: tanquam ibi locum ordinem ſignumq; accepturos, & quæ agere unumquenq; oporteret audituros. ſunt hæc facta. atq; ubi congregati ſunt coniurationis principes, ſocios ĩdem in forum per occulta ſigna adducentes, repleta ſtatim loca ædita ſunt uiris pro Rep. arma capientibus, & quæcunq; circa forum, munita equitum præſidĩs, neq; ullus prorſus relinquebatur diſcedere uolentibus exitus. Eodemq; tempore conſul alter Manlius Fidenis profectus, adducensq; copias in campum aderat, & ubi dies effulſit ſubito armatos circum ſe habentes Conſules, in forum ueniunt ad tribunalq; accedũt, perq; omnia iuſſere edici compita per præcones, ut ad concionem ueniret Populus. quo concurrente omni cõiurationem detegunt, quæ de reditu fiebat tyranni, indicesq; adducunt. poſteaq; defenſionem concedentes, ſi de indicio aliqui dubitarent, ubi nemo ſe ad negationem auſus eſt conuertere, transferentes ſe illi in Curiam de his ſententias conſeſſorum rogauere. ac ſcribentes quæ Senatui uiſa erant, rediere rurſus in concionem, recitaruntq; S. C. Erat autem id huiuſmodi. Tarquinĩs impoſturæ indicibus ciuitatem dari, & argenti utrique eorum denas millenas drachmas, agriq; publici uicena iugera: participes autem coniurationis deprehenſos, morti tradi, ſi idem quoq; populo uideatur. Rata autem faciente populo quæ uiſa erant Senatui, demigrare iubentes è foro qui ad concionẽ conuenerãt, deinde aduocantes miniſtros cũ gladĩs, iuſſere ut coniuratos omnes interficerẽt. hiq; fontes eo in quo concluſi erãt loco circũſtantes, omnes occiderũt. perditisq; eis Conſules nullum amplius indiciũ recepere aduerſus quenquã conſociorum aliorũ, ſed eos omnes qui tunc ſupplíciũ effugerant crimine abſoluerũt, ut ex urbe turbulentũ prorſus omne tolleretur. Ac q quidẽ cõſpirarant, ſunt hoc modo perditi. Senatus aũt expurgare conſtituẽs ciues omnes, quod ciuilis cędis ſententias ferre coacti eſſent, ita ut nõ fas eis eſſet ſacris intereſſe, ſacrificiaũe attingere priusq; expiaretur ea pollutio, diſſolueturq; calamitas cõſuetis luſtrationibus: poſtq; quicquid pium erat peractum eſt more patrio à procurantibus diuina ſacrificia, deinde gratiarumq; actiones & certamina perficienda iudicauit, tresq; in hæc dies ſacros ſtatuit. Manlio autẽ

conſule

consule altero in sacrificijs ciuitatisq; nomine certaminibus ex sacro curru
inter pompam in circo ipso cadente, & die tertio post pompam moriente, in
255 tempus reliquum quod breue erat, solus Sulpicius consulatum gessit. Con-
P. Veturius sules autem in sequenti anno creati sunt P. Veturius Geminus, & T. Ebu-
T. Ebutius tius Helua. Quorum quidem Ebutius ad ciuilia delegatus est negocia, non
uisa ea paruæ indigere custodiæ, ne qua alia nouaretur à pauperibus turba.
Veturius autem dimidium educens exercitus, populatus est Fidenatem a-
grum, nemine prohibente, & ad urbem castra admouens excursiones age-
bat continuas. Sed non ualens obsidione muros capere, uallū fossamq; cir-
cumduxit tanquā fame domiturus eos homines. Quibus quidem iam la-
borantibus uenit auxilium à Latinis, quod Tarquinius Sextus misit, & fru-
mentum atq; arma, aliáq; ad bellum opportuna. Quibus rebus fretis Fide-
natibus, confisa est non parua manus urbem egredi, castráq; sub diuo pone-
re. Cumq; igitur non esset amplius Romanis utilis obsidio, est res uisa præ
lio indigere. Pugnatumq; est prope urbem aliquandiu æquo marte. dein-
de autē tolerantia in arduis, quæ Romanis diuturna exercitatione aderat,
superati Fidenates, plures ipsi à paucioribus coacti sunt fugere: cædes aūt
haud ædita est magna ob receptus propinquitatem, & quod è muris de-
fensores qui persequerentur repellebant. Post hoc autem opus dispersæ au-
xiliares copiæ discesserunt, nihil ipsæ iuuantes obsessos: ciuitas uero iterum
in eisdem constituta est calamitatibus, laborabat que necessariorum penu-
ria. Per id tempus Sextus Tarquinius Latinorum educens copias ad Si-
gniam Romanorum Coloniam duxit exercitum, tāquam urbem esset pri-
mo capturus impetu: strenue uero repugnantibus qui in urbe erant, para-
batur ut ad cogendos fame homines ut oppidum relinquerent, multumq;
ibi temporis nihil agens mentione dignum absumpsit. Fraudatus uero hac
spe etiam adueniente à consulibus præsidiarijs militibus commeatu & au-
256 xilio, soluens obsidionem abijt. Sequens autem annus Consules Romæ
T. Largius habuit T. Largium Flauum, & Q. Clœlium Siculum. Ex quibus alter
Q. Clœlius Clœlius ad res urbanas administrandas à Senatu destinatus est, dimi-
dium habens exercitus custodiæ causa molientium res nouas, uir clementis
uisus esse ingenij atq; popularis. Largius autē instructo exercitu & paratis
quæ ad obsidionem opportuna essent, ad Fidenatum profectus est bellum.
eratq; fessis eis belli diuturnitate & inopia necessariorum omnium pergra-
uis: murorum etiam fundamenta suffodiens, aggeresq; erigens admouens
que machinas, neque dies neque noctes oppugnatione absistens, breuiq;
urbem tempore ui capere posse existimans. Necq; enim Latinorum urbes,
quibus solis fidentes bellū illi susceperant, tunc poterant eos seruare: cū nec
per se ulla sufficeret ad soluendā eis obsidionem, nec cōmuniter ex ea gente
tota adhuc uires cōparatæ essent. Mittentibus aūt eis legationes sæpius præ
sides urbiū eadem responsa dederant, tanquam propere aduēturo auxilio:

opus

opus autem consentaneum nullum promissis erat, sed usq; ad ūerba tantū modo de societate spes descendebant. Nec omnino desperabant tamen de Latinis Fidenates, sed perstabant ex spe illinc grauia omnia sustinentes. Erat aūt ante omnia insuperabilis res fames, multorum ea hominum corruptio. Verum postq; defessi erant iam malis, legatos mittunt ad cōsulem, petentes in statutum quendam numerum dierum inducias, tanq; interim deliberaturi de amicitia cum Romanis, quibus æquis conditionibus fieret. Erat autem non deliberandi gratia petitum ab eis tempus, sed auxilij à sociis comparandi, uti transfugæ quidam nouissime aduenientes Consuli retulere. Miserant enim superiori nocte primores ciuium, & qui plurimum in Latinorum urbibus poterant, legatos supplices ad rem eorum publicam. quod cum cognouisset Largius, iussit eos qui inducias peterent, deponētes arma, portasq; aperientes disputare tunc secum. Aliter enim neq; reconciliationes, neq; inducias, neq; humani aut moderati aliquid impetraturos eos à Romanorum ciuitate dixit. missosq; interim ad Latinam gētem legatos, ne redirent intra muros amplius custodiebat, ferētes uias in urbem omnes diligentissimis præsidijs occupans, ita ut cogerentur obsessi spe de sociis deplorata ad supplicandum inimicis confugere. coeuntesq; decreuerunt sustinere conditiones, quas æquas esse censeret uictor. Adeo autem ciuiles erant tunc ducum mores, plurimumq; abhorrentes à tyrannica arrogātia, quam raro aliqui huius ætatis ducum magnitudine elati potestatis nituntur effugere, ut recipiens urbem Consul, nihil prorsus de sententia sua egerit, sed deponi arma iubens, relinquensq; urbi præsidium, Romam ipse redierit, congregatoq; Senatu considerare eos uoluerit qualiter, aut quonam modo se dedentibus utēdum esset. Quibus rebus extollētes eum patres honoris habiti sibi gratia, iustum esse cēsuere, ut primoribus Fidenatium defectionisq; principibus, quibuscunq; uellet Consul, uirgis ante cæsis eis capita decidi faceret, deq; cęteris potestatem ei omnem tradidere, ut quodcunq; uellet ageret. Factus igitur Largius omnium horū dominus, paucos quosdam Fidenatium accusatos ab aduersa factione in oculis omnium fecit interfici, facultatesq; eorum publicauit, alijs uero omnibus habendam urbem atq; pecunias tradidit, abscissa tamen dimidia agri parte, quā sortiti sunt inter se Romani milites præsidio relicti arci. & his gestis adduxit domum exercitū. Postea uero q; nuntiata est Latinis Fidenarū captio erecta trepidaq; ciuitas omnis fuit: erantq; omēs præsidētibus Reip. tanq; socios prodidissent, infensi. Congregatoq; concilio in Ferentino agro, hi qui arma suadebāt capi, plurimū accusarunt eos, q dissuadebant bellū, maximeq; Tarquinius, generq; eius Mamilius, præsidesq; Aricinæ urbis. quorū quidē popularitate uicti cæteri quicunq; erant Latini generis participes, suscipiūt cōmuniter aduersus Romanos bellum. ac ne urbs ulla ciuitatem prodat, neue præ cæteris inimicitiam dissoluat sine omnium consensu, iusiurandū inter se dedere.

Deditio Fidenarum

atq;

atq; eos qui conuenta nõ obseruassent, fœdifragos execrabilesq; esse decre-
uerunt, omniumq; inimicos. Qui has uero sponsiones scripserũt ciuitatum
primores iusiurandumq; dederunt, ex his fuere urbibus: Ardeates, Aricini,
Bolani, Bubetani, Corani, Ferentani, Gabini, Laurentes, Lauinienses, La-
nuuiatæ, Lauicani, Nomentani, Norbani, Prænestini, Pedani, Querquetu-
lani, Satricani, Scapteni, Setini, Tiburtini, Tusculani, Tolerini, Tellini, Ve-
literni, scilicet ut ex his omnibus urbibus roboris militaris hominũ tot ex-
hiberentur, quot ducibus sufficerent Octauio Mamilio Sextoq; Tarqui-
nio. hos enim duces imperatoresq; elegerant, & ut decentes belli causas ha
bere uiderentur, legatos Romam misere ex unaquaq; urbe illustres uiros.
Qui cum in Senatu essent, accusari ab Arcinis dixere eorum urbem, quod
inferentibus sibi bellum Etruscis, non modo tutos exhibuissent eis transitus
per regionem suam, sed iuuissent ipsos etiam quibus rebus oportuit ad bel-
lum: fugiẽtesq; ex illa clade saucios & inermes eos omnes seruauissent, non
ignorantes ipsi eos cõmune omnibus eiusdem gentis bellũ intulisse. quód-
que si urbem illi Aricinorum obnoxiam sibi effecissent, nihil utiq; prohibe-
bat ipsos etiam reliquas in seruitutem redigere. Sicq; igitur uellent iudicium
de Aricinis subire ad commune uenientes ipsi Latinorum prætorium, atq;
eis stare quæ essent iudicata ab omnibus, nihil eis dicebant bello opus fore.
Si uero solitam custodientes arrogantiam, haud æquum censerent cogna-
tis aliquid moderati iustiq; concedere, minabantur bellum illaturos eis La-
tinos, quantis possent uiribus. Ad hæc autem prouocantibus legatis, haud
æquum censens Senatus subire se iudicium cum Aricinis de ijs, quorum ac-
cusatores ipsi iudices futuri essent: neq; usq; ad hæc tantum iudices futuros
suspicãs inimicos, sed istis etiam addituros grauiora: suscipere decreuit bel-
lum, uirtutis quidem experientiæq; certaminum fiducia, nullam esse accep-
turam urbem putans calamitatem: horrens tamen multitudinem, mittens-
q; legatos sæpius prouocabat urbes proximas in societatem. contraria ue-
ro missa ad easdem urbes Latinorum legatione Romanos ualde accusan-
Hernici tium, Hernici quidem cõuenientes, suspecta quædam, nihilq; legationibus
utriq; responderunt, neutris socios se in præsentia uelle fieri dicentes: cæte-
rum consultaturos per otium utri eorum iustiora postularent, consultatio-
Rutuli niq; huic annuum daturos tempus. Rutuli autẽ Latinis auxilia palàm mit-
tere promisere: Romanis uero, si dissoluere secum uellent inimicitias, mode-
ratiorem se exhibituros dixerunt Latinorum ciuitatem, conuentionibusq;
Volsci interuenturos. Volsci etiam mirari se dixerunt Romanorum impudẽtiam,
quod sibijpsi conscij, quod & in alijs læsissent Volscos, & postremo regio-
nis partem adimentes eis optimam obtinerent, ausi erant nihilominus ini-
micos ipsos in societatem aduocare: consulebant uero eis ut restituta regio-
Etrusci ne, postea ab amicis iusta peterent. Etrusci neutram inclinarunt in partem,
cum Romanis nõ multo ante sibi icta dicentes fœdera, cum Tarquinijsque

cogna

cognationem amicitiamq; ſibi eſſe. his à gentibus illis reſponſis, Romani nihilo utiq; humiliores, quod accidere ſolet ſuſcipiẽtibus magna bella, nullasq; ſpes habentibus ſociales, ſed ope ,ppria ſola fretis, multo quidẽ promptiores facti ſunt ad certamẽ, tanquam propter neceſſitatem futuri uiri inter pericula ſtrenui. Sicq; ſibi ex ſententia ſuccederet uirtute ſua bene feliciterq; adminiſtrato bello, neminẽq; gloriæ participe, tanto ſibi maiores ſpiritus, pluſq; audaciæ ex multis certaminibus acceſſurum. Paratis igitur opportunis ad bellum, ſcribere incipientes legiones, in multam inciderunt difficultatem, non eandem exhibentibus omnibus ad opera promptitudinem. uitæ enim tenuis homines, & præcipue qui æs alienum diſſoluere nequaq; poterant, multi admodum uocati ad arma, minime obtemperabant: neq; eſſe cum patricijs participes alicuius operis uolebant, niſi eis illi decernerent pecuniæ debitæ dimiſſionem. quin & Vrbem relicturos ſe eorum aliqui prædicabant, cohortabanturq; alter alterum ne in urbe habitare cuperent, nullius boni ſe participes faciente. Primum igitur cohortari eos patricij, diſſuaderéque eis iſta nitebantur. Poſtea uero quàm nihilo moderatiores illi ad has prouocationes fiebant, conueniẽtes in Curia ſpeculabantur, quæ nam decens opportunitas liberatura eſſet Vrbem perturbatione. Quicunq; igitur clementis ingenij, cenſusq; moderati erant, dimittenda eſſe debita pauperibus admonebãt, & emendam paruo ſumptu ciuilem eſſe beniuolentiam, ex qua magna ipſi lucra priuatim publiceq́ue aſſequerentur. Erat autem ſententiæ huius autor Marcus filius Marci Valerij, unius eorum qui tyrannidem diſſoluerunt, Publij ob beniuolentiam in plebem Publicolæ cognominati fratris: docens eos quod de paribus certantibus præmijs, pares quoque innaſci ſolent ad res gerendas ambitiones: eos uero qui expectant nullo ſe frui commodo, ſubit nihil ſentire generoſi: iritatosq; dicens pauperes eſſe omnes, forumq́ue circumeuntes dicere, Quid enim nobis futurum eſt amplius cum uicerimus externos, ſi obnoxij ob debitam pecuniam à creditoribus facile abducendi ſimus, principatumq; parantes urbi, ne libera quidem corpora comparantes ipſi cuſtodire ualeamus. Nec immiſnere ſibi periculum ſolum hoc declarans, ne ſi bellum cum Senatu gerat populus, in periculis relinquat urbem, quod horrere oportet omẽs qui ſaluam eſſe uolunt Remp. ſed & illud quoq; grauius, ne blandimentis Tyrannorum deceptus arma aduerſus patricios capiat, reſtituatq; Tarquinio imperium. Dum igitur eo uſque uerba eſſent & minæ, prauum autem nullum eſſet opus adhuc à populo, ut præuenirent hoc auxilio lenientes ipſi populum admonebat: neque primi hoc ciuile actum conſtituentes ipſi, nec pudori ex hoc magno futuri obnoxij: ſed habentes quos oſtendant multos iſtud ſuſtinentes, aliáque grauiora multa, quando aliter non liceret agere. eſſe enim neceſſitates natura humana ualentiores. ac tunc quidem quod deceret conſiderare debere omnes, cum res in tuto eſſent: tum multa eis, mul-

Initium urbanæ ſeditionis

M Valerius M. F

tisq; ex urbibus exempla enumerans, ciuitatem ad ultimum adhibuit Athenienſium, maximi tunc in ſapientia nominis, nec multo ante, ſed ætate patrum ſuorum remiſſionem æris alieni pauperibus elargitam, Solone primo ſuadente, neq; quoquam hoc inſtitutum ciuitati obijciente, neque rurſus introductorem ipſum popularem prauumq; appellãte: ſed & multum obtemperantibus prudentiæ atteſtantibus omnibus, perſuadentiq; ſapientiæ. Romanis autem quibus non eſſet de re parui diſcriminis periculum, ſed de eo, ne crudeli feraq; omni immaniori tradantur iterum tyranno, quis mentem habens utique obiecturus erit? ſi hac humanitate ſocios pro hoſtibus urbi pauperes fieri curauerint? ac percurrens peregrina exempla, orationem poſtremo ex domeſticis eorum operibus ſuſcepit, commemorans detinentes eos paulo ante neceſſitates. quod deuicta regione ſua omni ab Etruſcis, muris ipſi incluſi, inq; multam conſtituti neceſſariorum penuriam nequaquam hominum inſaniorum moribundorumq; cogitationes habuerint: ſed cedentes imperantibus temporibus, capientesq; magiſtram utilium neceſſitatem, obſides dare Porſenæ nobiliſſimos pueros tolerarunt, nunquam antea hoc paſſi: atque parte mulctari regionis ſeptem pagis auferentibus Etruſcis: & hoſte quoque diſceptatore uti, de ijs quæ eis tyrannus obijceret æſtimationem rerum dante, armáq; & cætera, quæ pro belli diſſolutione exhibere ipſos tyranni poſtulabant. His autem igitur exemplis utens non eiuſdem prudentiæ dicebat eſſe, nulli earum rerum quæ hoſtes peterent contradicere, & cum ciuibus ſuis bellum pro re parui diſcriminis gerere. & ijs quidem, qui bella ipſi de principatu multa pulchráque geſſiſſent, cum Remp. obtinebant reges, magnamq; promptitudinem exhibuiſſent ad liberandam à tyrannis urbem, pluſq; adhuc ſtudij exhibituri eſſent ad reliqua opera prouocati: uictu quidem fraudantes eos, corpora autem & animas quæ ſolæ eis ſupererant, periculis nequaquam parce obijcientes. dixitq; concionans, quod ſi nihil illi horum dicere aggreſſi eſſent uerecundia detenti, nihilq; denuntiare: oporteret tamen patricios inopiæ eorum rationem habentes, ea prompte quorum indigentes ipſos ſcirent publice priuatimq; elargiri, conſiderantes quàm ſuperbe agant, corpora ab illis petentes, nec uictum eis ſaltem largientes. ac dicentes apud omnes ſe communis libertatis cauſa bellum gerere, ipſos illis qui unà eam poſſideant adimere, nec habentes quam exprobrent improbitatem eis, ſed inopiam miſeratione dignam potius quàm odio. Talia dicente Valerio, atque multis ſententiam eius laudantibus, Ap. Claudius Sabinus in cõgruenti rogatus loco contraria ſuadebat, docens quod nequaquã tolleretur ſeditio deciſione æris alieni, ſed adhuc peior eſſet translata à pauperibus ad diuites. Clarum enim eſt iam inquit oñibus, quod rem grauiter ferent, hi qui priuandi ſunt pecunijs, ciues ipſi & inſignes, & qui omnibus militarint bellis urbi incidentibus, indignum eſſe cenſentes ea quæ ſibi patres reliquerint, & quæ ipſi

Ap. Claudij oratio

ſtudioſi